Ad ista respõdetur ¶ Ad primum ꝙ generalissimum predicamenti substantie dupliciter cõsiderari potest. Uno modo vt signum adequate omnes substantias significans sine connotatione: ⁊ sic est de genere substantie dialetice sumpto nullũ genus supra se habẽs. Alio mõ cõsiderari põt vt res talis: ⁊ sic est qualitas indiuidualis de ꝑma spẽ ꝑdicamẽti q̃litatis metaphice aut naturaliť accepti. ⁊ hoc mõ hʒ gen⁹ supra se nec incõueniẽs idẽ diuersimode sumptũ esse in diuersis ꝑdicamẽtis diuersimode acceptis. et ꝙ aliqd sit gen⁹ in aliquo ꝑdicamẽto terminoꝝ. ⁊ indiuiduũ in alio ꝑdicamẽto reali. ¶ Ad scḋm negať ꝙ sequať ꝓcedi i infinituʒ in ꝑdicatis qdditatiuis. Et dr ꝙ cum deuenitremus ad duos ↄceptus generalissimos inuicem sinonimos: ab illis nõ põt abstrahi ↄceptus cõioꝛ q de illis in qd prediceť: cũ illis correspõdeat ratio cõissima illius ꝑdicamẽti: veruntamẽ ab illis poterit abstrahi cõceptus cõioꝛ nõ ꝑdicabilis de eis in qd: vt cõceptus entis: sed cũ deuenerimus ad duos tales conceptus q̃ꝛtũcunqʒ ꝑm similes ⁊ cõueniãt: ab illis nunq̃ꝛ poterit ↄceptus communioꝛ abstrahi: qr ipsis correspondet ratio communissima qua aliquid est itelligibile. ¶ Ad tertiũ dr ꝙ soꝛ. ⁊ homo sunt in predicamento substantie reali: sed hi termini soꝛ. ⁊ homo sunt in predicamẽto substãtie quod est predicamẽtum signoꝝ: vt indiuiduũ ⁊ spẽs eius. ¶ Ad quartum respondetur ꝙ ad questionẽ querẽtem qd est hoc de substãtia ꝑma respõdetur ꝑ terminos genericos ⁊ specificos: q licet realiter sint acidẽtia: qr tñ substãtias significãt absqʒ aliqua cõnotatiõe: dicũtur genera aut spẽs in predicamẽto substãtie logicali: ideo ꝑ eos fit cõueniens respõsio ad interrogatiõeʒ factã ꝑ terminos substãtias primas importantes q sunt de eodẽ ꝑdicamẽto. ¶ Ad quintũ dr. ꝙ licet vniuersalia logicalia a suis singularibus in esse separenť nõ tñ vniuersalia realia. Et hoc voluit Arist. ⁊ cõmẽtatoꝛ in locis preallegatis contra platunẽ q posuit vniuersalia realia a suis singularibus ꝑm esse separata: de quibus alibi est perscrutandum.

Ad argumenta ꝑncipalia. ¶ Ad pmũ cõcedũt aliq ꝙ corp⁹ in cõmuni de genere qñtitatis est indiuisibile extẽsiue propter rationem adductam. Alij dicũt ꝙ est diuisibile ⁊ q̃ꝛtum formaliter: indeterminate tñ: sed corpus particulare est determinate q̃ntitatis. Et hoꝝ aliqui cõcedũt ꝙ corpus in cõmuni de genere q̃ntitatis est q̃ntũ: ⁊ tamẽ nec pedale nec bipedale: ⁊ ita de alijs. Nõnulli vero dicũt ꝙ est magnũ ⁊ paruũ pedale ⁊ bipedale: ⁊ sic vlterius. ¶ Ad secũdum cõcedi potest ꝙ color in cõmuni est ꝑmuʒ ⁊ adequatum obiectũ visus: lʒ nõ sit ꝑ se visibilis: sufficit aũt ꝙ oĩa sub eo ↄtenta sint hõ. ¶ Ad tertium negať ꝙ indiuiduum sit ꝑfecti⁹ sua spẽ. Et vlterius dr ꝙ lʒ indiuiduũ ↄtineat ꝑfectiones sue speciei: est tñ imperfectius: qr eam mõ imperfectiori cõtinet. s. ꝑ actie ⁊ humane per ↄdiciões indiuiduantes.

¶ Ad 4m negaẜ ꝯña: ⁊ negaẜ ꝙ terminus specificus si gnificet eq̄ primo spēm ⁊ indiuiduū. siṁr negaẜ ꝙ corru ptibile ⁊ incorruptibile differāt plus q̄ genere pdicamē tali: si vl̄r intelligaẜ: sed bene genere naturali. q̄re ⁊c̄.

¶ Sūt aūt primū nobis manifesta et certa cōfusa magis. Posteri⁹ autem fiūt ex his nota elementa et pricipia nobis diuidentibus hec. Textu cōmen. iij. Q. ō. v.

Dubitatur vlteri⁹: Utrū vl̄ia sint nob magis ⁊ pri⁹ nota q̄ singularia? Arguiẜ ꝙ nō. ¶ Primo. vl̄ia sūt magis nota nature q̄ singularia: ergo sūt min⁹ nota nobis. tenet ꝯsequētia: q̄ nō sūt eadē nota nobis ⁊ nature. ⁊ añs probaẜ: q̄ vl̄ia sūt cause singulariū ⁊ cause sunt magis note nature q̄ earū effect⁹. ¶ Scd̄o. illa q̄ sunt ppinquiora sensui sunt nobis magis nota ex quo nr̄a notitia ortū h̄z a sensu: s̄z singularia sunt sensui ppinqora vt ꝯstat: cū immediatius ipm̄ immutēt q̄ vl̄ia. ¶ Tertio cōposita sunt nobis magis nota q̄ simplicia cōponētia: vt vult hic Aristo. sed singularia seu minus vl̄ia componunẜ ex magis vl̄ib⁹ sicut spēs ex genere: ergo singularia seu minus vniuersalia sunt composita: ergo sunt nobis magis nota q̄ magis vl̄ia. ¶ Quarto. p eadē parte facit Aristo. auctoritas primo posteriorū dicēns. Dico aūt ad nos priora ⁊ notiora que pxima sunt sensui. simpl̄r autē priora ⁊ notiora que lōgius sunt. Sunt autē lōgiora vl̄ia maxime pxima singularia: ⁊ opponūtur adinuicem.

In oppositum est Ari. in illa pte. Uñ ex vl̄ibus i singularia oꝫ pcedere ⁊ sic Aristo. qui ⁊ primo posteriorū videẜ sibi cōtrarius.

In hac difficultate p̄ncipaliṫ inuēti sunt duo modi rñdēdi. Unus tenētiuz ꝙ itellect⁹ p̄us itelligit singulare q̄ vl̄e. Et aliustenentiū oppositū. Primo ergo tractabitur modus primus: ⁊ secūdo secūdus.

Pro primo mō p̄imu Bur. ꝙ duplex in itellectu nr̄o cātur cognitio. Una cōfusa ⁊ impfecta. Alia distincta ⁊ pfecta. ⁊ iuxta hoc duas ponit ꝯclones. ¶ Pria in cognitiōe cōfusa ⁊ ipfecta singulare prius ⁊ magis cognosciẜ ab intellectu nr̄o q̄ vl̄e: ⁊ min⁹ vl̄e q̄ magis vniuersale. Ista ꝯclo probaẜ supponendo primo ꝙ itellectus nr̄ intelligit singulare. Que supposi tio probaẜ primo: quia intellectus noster ponit differentiaꝫ inter vniuersale ⁊ singulare. Secūdo quia aliter nō posset formare tales ppositiones. Sortes est hō. Sortes est aīal. Tertio q̄ ars ⁊ prudētia que sunt habitus intellectuales sunt circa singularia. Illa igitur suppositiōe stante arguitur sic. Si intellectus noster nō intelligeret prius singulare q̄ vniuersale hoc esset: q̄ ad hoc ꝙ intelligat singulare oportet ipsuꝫ prius intelligere vniuersale consequēs falsum. igitur ⁊c̄. Qꝫ cōsequēs sit falsum probatur: quia si intellectus prius intelligeret vniuersale sequeretur ꝙ nunq̄ intelligeret singulare cōtra suppositionem premissam: ⁊ probatur cōsequētia. quoniam vniuersale est equaliter idifferens ad omnia singularia sua. ⁊ per cōsequēs non magis ducit in cognitionē vnius sui singularis q̄ alterius: aut ergo duceret in cognitionem omnium simul: quod est impossibile: aut nullius: ⁊ hoc ē ppositum. non ergo prius intelligit intellectus vniuersale q̄ singulare: sed ecōtra ꝯtingit: ⁊ simili modo argui posset de minus vniuersali ⁊ magis vniuersali. ¶ Forte ad hoc dicitur ꝙ vniuersale determinaẜ ab aliquo alio vt magis ducat in notitiam vnius q̄ alterius singularis. Sed cōtra. quia illud determinās oportet esse cognitum ab intellectu: aut ergo est vniuersale: aut singulare. non pōt dici ꝙ vniuersale cum sit indifferēs ad quodlibet singulare suum. Si autem est singulare quero vtrum fuerit prius cognitum q̄ suū vniuersale: aut non? Si sic: habetur propositum. Si nō quomodo ex notitia illius vniuersalis peruenit intellectus in notitiaꝫ illius singularis aut per determinans: aut non. ⁊ tūc aut pcedetur in infinitum: q̄d est inconueniens: aut oportebit deuenire ad aliquod singulare q̄d fuerit prius notum q̄ vniuersale. ¶ Secūdo ad cōclusionem arguiẜ sic per Arist. in primo metaphy. Uniuersalia sunt difficillima ad intelligenduꝫ q̄ sunt ad sensum remotissima: ergo per oppositū singularia sunt facillima ad intelligendū: quia sunt sensui propinquissima: quare ⁊c̄. ¶ Tertio. nihil est extra animam nisi singulare: sed itellect⁹ p̄mo itelligit rē extra aīaꝫ: igitur: p̄z ꝯña: minor colligiẜ ex tertio de aīa. vbi ostēdiẜ intellectū nō itelligere se: nec ea que sūt i eo: nisi secūdario ⁊ p reflexioneꝫ. maior colligiẜ ex Cōmentatore. 12. meta. dum dicit ꝙ vniuersalia apud Ari. sunt collecta ex particularib⁹ ab itellectu qui cōprehēdit īter ea siītudinē ⁊ facit ea intētionē vnā. ¶ Quarto. itellect⁹ nō itelligit vl̄e nisi abstrahēdo a singularibus vt habet videri tertio de anima. sed intellectus nō abstrahit nisi a noto: ergo per prius cognosciẜ ab intellectu singulare q̄ vniuersale. ¶ Secunda cōclusio. Intellectus noster cognitione perfecta ⁊ distincta prius cognoscit vniuersale q̄ singulare ⁊ similiter magis vniuersale q̄ minus vniuersale. Hec conclusio arguitur sic: quia ad cognitionē distinctam habendam ab intellectu de aliqua re requiritur cognitio eoruꝫ in que ipsa est resolubilis: ⁊ que claudūtur in ea: sed res est resolubilis in omnia vniuersalia ad eam superiora: ergo si res aliqua ab intellectu distincte debet cognosci oportet prius ab eo cognosci omnia vniuersalia ad eam superiora. ⁊ per consequēs distincta ⁊ perfecta notitia intellectus ipse prius cognoscit vniuersale q̄ singulare: ⁊ magis vniuersale q̄ minus vniuersale.

Sed contra hanc viam multipliciter arguit cōsueuit. ¶ Primo. q̄ illud q̄d p̄mo ab intellectu intelligiẜ est primū eius obiectū: si ergo singulare primo ab intellectu intelligeretur: sequeretur ꝙ singulare est primum obiectum intellectus: consequens est falsuꝫ: ⁊ cōtra Ari. tertio de anima. in illa parte: Quoniaꝫ aūt aliud est magnitudo. ¶ Scd̄o. illud quod intelligitur solū reflexe ⁊ indirecte non intelligiẜ primo: sed singulare intelligiẜ ab itellectu solū reflexe ⁊ indirecte: igitur. patet cōsequentia cū maiori: ⁊ minor colligitur ab Aristo. tertio de anima dū dicit: Sensitiuo quidem igitur calidū ⁊ frigidū iudicat. s. anima ⁊ quorū ratio quedam caro: alio autem aut separato aut sicut circūflexa se habet ad seipsam: que cum extensa sit carnis esse discernit. Ex quibus verbis apparet Aristotelē velle ꝙ anima humana discernit indiuiduum ⁊ quidditateꝫ separans virtutibus. s. indiuiduuꝫ sensu ⁊ quidditateꝫ intellectu. Aut ꝙ si vtrunq̄ intellectu discernit hoc est diuersimode: q̄ carnem hoc est indiuiduum discernit sicut circūflexa ad seipsam in sensu: sed carnis esse. i. quidditatē discernit cuꝫ sit extēsa. ⁊ primo aspectu. Et idem videtur velle cōmentator tertio de anima commento nono. vbi dicit ꝙ ista est dispositio intellectus in cōprehendendo aliteitatem que est inter formā ⁊ indiuiduum: quia comprehendit formā per se ⁊ cōprehēdit indiuiduū mediāte sensu. ¶ Tertio. inter obiectum ⁊ potentiam debet esse proportio: sed inter singulare ⁊ intellectum nulla est pportio: quia singulare est materiale ⁊ intellectus immaterialis. quare ⁊c̄. ¶ Quarto. q̄ videtur ꝙ Aristo. velit ꝙ vniuersalia sint prius nota nobis notitia cōfusa q̄ singularia: quoniā dicitur ꝙ pueri primo cognoscūt vniuersaliter omnes viros appellādo patres: ⁊ omnes feminas matres. posterius vero determinate horum vnūquodq̄ distinguendo patrem ab alijs: ⁊ similiter matrē: sed pueri in principio non habent nisi confusam notitiam. igitur.

Ad hec respondet Bur. ¶ Ad primū dicendo ꝙ quadrupliciter aliquod diciẜ primū obie

cium intellectus. Primo primitate adequationis: et sic ens est primū obiectum intellectus. Secundo primitate exclusionis. ꝛ sic vniuersale est primū obiectum intellectus. Tertio primitate perfectiōis. ꝛ sic deus est primum obiectum intellectus. Quarto primitate immutationis seu generationis. ꝛ sic singulare est primum obiectuꝫ intellectus Aristo. aūt loqtur de primo obiecto intellectus sumpto secūdo modo in loco supius allegato. quare ꝛc̄. ¶ Ad secūdum negat minorem dicendo ꝙ singulare intelligitur ab intellectu directe. ꝛ vniuersale reflexe. Unde singulare cognoscit a sensu ꝛ ab intellectu. Uniuersale autem siue quiditas a solo intellectu cognoscitur. Et in intelligēdo quidditates intellectus diuersimode se hꝫ: qꝛ primā quidditatē que est in idiuiduo. s. spēs specialissima ītelligit directe: sed quidditates alias vsqꝫ ad generalissimā intelligit reflexe. Et hoc videt̄ velle cōmētator tertio de aīa. cōmēto. 10. dū dicit. Et necesse est vt forma. i. qdditas siue vniuersale experimētet̄ p aliā virtutē. s. q̄ꝫ per sensum qui cōprehēdit singulare. Et hoc erit ex hac virtute aut p dispositionē similē linee recte cū intell exerit formā primā existētē in hac re singulari: aut ſm dispōnē similē linee speralī qn̄ fuerit reuersa qrendo ītelligere ēt qdditatē illi⁹ forme: deīde qdditatē illi⁹ qdditatis quousqꝫ pueniat ad simplicē qdditatē in illa re. Uelle igit̄ videtur cōmētator ꝙ itellect⁹ primo intelligit singulare sensatū: deinde primā formā. s. spēm spālissimā directe. qdditates vt̄ illius. s. genera supiora gradatim ascendēdo vsqꝫ ad gen⁹ generalissimū: qd nō hꝫ vlteriorē qdditatē: ītelligit reflexe: qꝛ quodāmodo vadit ab eodē in idē. ex quo quidditas ꝯptioꝝ in īferiorib⁹ includūtur: lꝫ alij velint ꝙ semper intellectus dū ascēdit resoluēdo habeat dispositiōem linee recte. dum vero cōponēdo descendit linee speralis seu circūflexe: sed de alijs de aīa plenius inquirat̄. ¶ Ad tertiū dr̄ ꝙ inter singulare ꝛ intellectū possibilē est sufficiens ꝓportio qualis dꝫ esse inter mouens ꝛ motū: q̄ꝫuis vnū illorū sit materiale ꝛ aliud īmateriale: ꝓsertim cum singulare nō sit mouēs pricipale: sed instrumētale agēs in virtute alterius scilicet luminis intellectus agentis. ¶ Ad quartum respondet ꝙ puer prius cognoscit notitia singulari q̄ꝫ vniuersali: prius enim per intellectum cognoscit ꝙ iste vir est iste pater q̄ꝫ ꝙ vir sit pater. ¶ Et si argueretur contra hoc: quia tunc illud exemplū de puero non esset ad propositū Aristo. qui intendit hic ostendere ꝙ vniuersalia sunt nobis magis nota q̄ꝫ singularia sed potius argueret oppositum ¶ Huic intricate respondet Bur. Mihi tamen videtur ipsum innuere ꝙ duplex sit cognitio singularis. Una est singularis apprehensiua qua cognoscitur res singulariter: eam tamen nesciendo distinguere a qualibet alia. Alia est singularis discretiua qua res cognoscitur singulariter ipsaꝫ a qualibet alia distinguendo: ꝛ in ea conditiones indiuiduantes comprehendendo que in nulla alia re cāprehenduntur. ¶ Uult igitur ꝙ licet in prima cognitione que est confusa cognitio singularis apprehensiua precedat cognitionem vniuersalem ſm primam conclusionem. tamen in posteriori cognitione que est distincta cognitio vniuersalis precedit cognitionem singularē discretiuam. ꝛ hoc vltimū est ad propositum Arist. hic: cuius intentio est ostendere ꝙ in notitia distincta vniuersale est prius ꝛ magis notuꝫ q̄ꝫ singulare vt etiam innuebatur in conclusione secunda. Unde puer primo cognoscit cognitione singulari apprehensiua. deinde notitia vniuersali: postea vero vigore eius intellectus ꝛ virtute cognoscitiua meliorata per exiccationem et expurgationem eius a superfluitatibus cognoscet notitia singulari discretiua. quare ꝛc̄.

Pro modo secūdo respondendi ad questitum premittitur primo ſm Albertuꝫ ꝙ vniuersale in re dupliciter sumi potest. Uno modo pro simplici quidditate ſm se sumpta: ꝛ de hoc non est considerato in sciētia naturali: sed in metaphysica. Alio modo pro natura communi ſm esse accepta in particulari ꝛ de hoc consideratur naturali scientia ꝛ appellatur indiuiduum vagum qđ exprimitur per tales terminos: aliquis homo aliquis bos. Et per ista intelligimus vniuersalis physica: puta hominem carnem ossium taliter complexionatū ꝛc̄. Unde duplex est indiuiduū. s. vagum ꝛ signatum. Indiuiduum vagum: ideo non dicitur vagum ꝙ non sit in natura determinatuꝫ: qꝛ natura determinat̄ cū dicitur aliqs homo: sed dr̄ vagum ex eo ꝙ per accidentia sensibilia non est determinatum: vt hic homo. Indiuiduum ergo vagū est illud cuius natura cōtracta ꝛ particularizata per suppositum indeterminatū certificatur. Sed indiuiduū signatū est illud cui⁹ natura cōtrahit̄ et particulariter certificatur in supposito determinate demonstrato: vt hic homo sorte demonstrato. Indiuiduoꝝ autē vagorū aliud correspondet speciei specialissime: vt aliquis homo: aliud generi subalterno: vt aliqđ animal aliquod corp⁹: aliud generi generalissimo vt aliqua substantia. ¶ Premittitur secundo ꝙ natura dupliciter accipi potest. Uno modo pro natura que est principium cognoscēdi: quomodo accipitur cū dicitur ꝙ illud est pri⁹ natura a quo non conuertitur subsistendi consequentia. Alio modo ꝓ natura que est principium essendi ꝛ operationis que non est nisi agēs naturale: ꝛ hec ē duplex vniuersalis et particularis: vniuersalis primo intendit speciem: particularis primo intendit indiuiduum. de natura secundo modo dicta loquit̄ Aristote. in hoc proemio. ¶ Premittitur tertio ꝙ duplex est ꝓcessus in doctrinis. Unus resolutorius quo habemus diffinitam cognitionem indiuidui resoluendo ipsum primo in speciem specialissimam: deinde in genus proximum: ꝛ sic ascendēdo donec vltimo deueniamus ad generalissimū: ꝛ huiusmodi processus nihil est in sensu nisi indiuiduum ꝛ totū residuum est in intellectu. Alius est processus compositiuus qui fit apud confusam ꝛ indistinctam sensus cognitionē quo primo cognoscitur natura generalissimi: deinde generis subalterni. postea natura spālissima: et vltimo sub alia accipit̄ indiuidui distincta cognitio: ꝛ totus hic processus est in sensu: ꝛ est proprius naturali scientie: qꝛ nulla alia considerat vniuersale ſm esse acceptū in particulari: ꝛ ideo secōdū ipsam solam vniuersale est notius ſm sensum q̄ꝫ singulare: nec ob hoc negandū est quin similis possit esse ꝓcessus in intellectu vt credo. ¶ Premittitur quarto ꝙ cū queritur vtrum vniuersalia sint nobis magis nota q̄ꝫ singularia: hoc pōt dupliciter intelligi. Uno modo absolute. Alio modo habēdo respectū ad eādem virtuteꝫ: vt solum ſm sensum aut solum ſm intellectū: ꝛ hec differūt non parum vt statim apparebit.

Premissis his sit prima ꝯclusio talis. Uniuersalia sunt nobis magis nota ꝛ prius nota secūdum sensuꝫ q̄ꝫ singularia et magis vniuersalia q̄ꝫ minus vniuersalia: et intelligatur conclusio loquendo de vniuersalibus physicis ꝛ notitia naturali. Probatur per exemplū Auicenne de homine viso a lōge quem prius cognoscimus vt aliqua substantia: postea per motū ꝙ est aliquod animal: deinde per rectitudinē stature ꝙ est aliquis homo. vltimo autem per comprehensionem conditionū indiuidualium quas in alio impossibile est reperiri cognoscimus ꝙ est sortes. ¶ Secūda cōclusio. Singularia seu minus vniuersalia sūt prius ꝛ magis nota nature q̄ꝫ magis vniuersalia: et hoc siue teneant se ex parte causarum siue ex parte effectuū. Ista conclusio arguitur: qꝛ illa sūt prius ꝛ magis nota nature que sue operationi sunt ꝓpinquiora: sed cause particulares sunt propinquiores operationi nature q̄ꝫ cause vniuersales: ergo similiter de effectibus accidit: ergo. Unde dato ꝙ. a. ignis producat. b. ignem ex. c. materia ꝛ. d. forma: p3 ꝙ sicut. c. materia ꝛ. d. forma sūt magis nota. a. igni q̄ꝫ. b. ignis na

e.materia z.d. forma sunt magis note.a. igni q̄ materia ignis z forma ignis: z hoc magis q̄ materia corpis z forma corporis. z sic deinceps. z eodē modo ex parte ipsius effect⁹.s.ꝙ.b.ignis ē magis not⁹.a.igni q̄ ignis: et ignis magis q̄ corpus. z sic vltra. ℂ Cōclusio tertia. magis vniuersalia sunt nobis prius z magis nota fm intellectum q̄ minus vniuersalia: z minus vniuersalia q̄ singularia z hoc etiam loquendo de vniuersalibus vniuersaliter sū ptis. Hec cōclusio probatur multipliciter. Primo intellectus in acquirēdo cognitionē rerū procedit de potentia ad actū z de pura ignorantia ad perfectā notitiā: sed cognitio rei in suo vniuersali est media inter purā ignorantiam z noticiam eius perfectam. Cū igitur nō fit trāsitus de extremo ad extremum nisi per mediū sequitur ꝙ anteq̄ cognoscatur res ab intellectu perfecte z in speciali oportebit ipsum prius eam cognoscere in vniuersali. z per cōsequēs magis vniuersalia sunt nobis fm intellectū prius z magis nota q̄ minus vniuersalia vel singularia. Secūdo. sicut se habent prima principia cōplexa ad alias propositiones: ita se habent prima principia incomplexa ad alias notitias incomplexas per cōuenientem similitudinē: sed prima principia cōplexa sunt fm intellectum prius z magis nobis nota q̄ alie propositiones que ex ipsis probantur z notificantur: ergo prima pricipia incomplexa sunt nobis prius z magis nota fm intellectum q̄ alia incomplexa sic ꝙ in intellectu prius formantur prima principia incomplexa q̄ notitie alie incomplexe: qđ esse nō potest nisi intellect⁹ prius intelligat vniuersalia q̄ singularia. Et iste tres conclusiones sunt pro mente Aristote. in litera. ℂ Quarta conclusio. Absolute loquēdo singularia sunt nobis prius z magis nota q̄ vniuersalia vniuersaliter sumpta. hec conclusio sic ꝓbatur. illud qđ cognoscimus ꝑ sensum est absolute nobis pri⁹ z magis notū q̄ illud qđ solo itellectu cognoscimus: cum necesse sit quēcūq̄ intelligentem fantasma aliqđ speculari: sꝫ ꝑ sensū nos cognoscimus singulare: Uniuersale autem vniuersaliter sumptum per solum intellectum: ergo absolute singularia sunt prius et magis nobis nota q̄ vniuersalia vniuersaliter sumpta. Et hec conclusio fit pro mente Arist. primo posteriorum auctoritate superius inducta: vbi asserit ꝙ singularia sunt nobis magis nota q̄ vniuersalia que sunt sensui ꝓpinquissima. Et ex his conclusionibus remouetur apparēs contradictio i dictis eius ibi z hic. ℂ Et si argueretur ꝙ Arist. vult in primo posteriorū ꝙ vniuersalia sunt magis nota nature. quia sunt a sensu remotissima: cuius tamen oppositum dictum est in secunda conclusione. Respondetur ꝙ ibi z hic est equiuocatio de natura: quoniam ibi loquitur de natura que est principium cognoscendi fm quam vniuersalia sūt magis nota q̄ singularia. hic vero loquitur de natura que est principium operādi. z fm hāc singularia sunt magis nota q̄ vniuersalia vt dictum est.

Sed cōtra probationem primam tertie conclusionis plurime instantie adducuntur. ℂ Primo. quia si ratio illa valeret et sequeretur ꝙ anteq̄ res aliqua cognosceretur ab intellectu in speciali oporteret ipsū eam cognoscere in vniuersali per omnia sua superiora que de ea quidditatiue predicantur: patet consequentia: quia cuiuslibet superioris cognitio est media inter puram ignorantiam z notitiam rei in speciali. consequens tamen est falsum: quia eo dato nō posset aliquis intelligere equum sub propria ratione equi nisi prius cognosceret ipsum fm omnia genera superiora. hoc autem non est verum: quia aliquis optime intelligit equum vt equus est: quāuis ignoret genus sibi immediatū. quoniam tale non est animal: cum plus conueniat essentialiter equus cum vna specie animalis q̄ cū alia: ergo in aliquo cōmuni inferiori ad animal z superiori ad equum et speciem illam cum qua magis conuenit. Quid autem sit illud genus forte non est aliquis qui sciat. ℂ Et confirmatur: quia omnis cognoscens aliqua finita potest scire numerum illorum: ergo si aliquis intelligeret equum fm omnia sibi superiora posset dicere quot illa sunt. sed hoc est falsum: quia oporteret ipsum cognoscere omnes species animalis: quia cum vna est equus sub vno genere sub quo non est cum alia. Nullus autem inuenitur qui omnes illas cognoscat. ℂ Secundo. si ratio illa valeret sequeretur ꝙ materia nō posset transmutari de priuatiōe ad formā perfectā nisi prius reciperet formas imꝑfectas: consequēs est falsum: qz omnem formam immediate potest recipere. patet consequentia: quia forma imperfecta est media inter priuationē forme z formam perfectam. ℂ Tertio. data illa ratione sequeretur ꝙ terra non posset immediate transmutari in ignē. consequens est falsum et contra Aristo. secūdo de generatiōe. z ptꝫ ꝯñia: qz aqua z aer sunt media inter terrā z ignem nō solum fm situm sed etiam fm perfectionē. ℂ Quarto. si ratio illa valeret non posset aliquid trāsmutari de albo in nigrū nisi prius transmutaretur in omnes medios colores. ꝯsequens ad experientiā patet esse falsum. z tenet ꝯñia: qz omnis medius color est medius inter album z nigrum. ℂ Quinto stante illa ratione non posset intelligi sortes vt sortes nisi prius intelligeretur vt substātia: vt corpus: vt animatum corpus. consequens pꝫ esse falsum vbi sortes fuerit prius optime notus z in moderata distantia de nouo obuciatur.

His omnibus premissis respōdetur. ℂ Ad primū cōcedo ꝙ anteq̄ res intelligatur in speciali itelligitur per omnia sua superiora: licet non semper habeant nomina imposita. z dico ꝙ animal est genus equo immediatum. z ꝙ scio numerum illorum superiorū generum: quia quattuor. Unde sicut differentia numeralis habet latitudinem: quia plus numeraliter differūt sortes z beria q̄ sortes z plato. ita conuenientia specifica siue generica habet latitudinē: quoniam plus sub animali conueniunt homo z symia q̄ homo z formica: q̄uis sint species sub eo immediate contēte. ℂ Ad secūdum negatur consequentia: quia ille forme imperfecte nō sunt media essentialiter ordinata sicut cognitio magis vniuersalis dum est trāsitus de pura ignorantia ad notitiam perfectam. ℂ Ad tertium respondetur similiter. ℂ Ad quartum responderi potest eodem modo. Aliqui tamen concedunt ꝙ in trāsmutatione de albo in nigrum fit transitus per omnes species colorum mediorum q̄uis non semper omnes distincte percipiantur propter temporis paruitatem quo mobile manet sub eis. ℂ Ad quintum respondetur ꝙ vbi debeat noticia de nouo generari siue presentetur in distantia moderata siue non: homo prius cognitus siue incognitus semꝑ prius cognoscitur magis vniuersale q̄ minus vniuersale vel singulare. Uerum tamen inter acquisitiones illarum noticiarum aliquando est ita parua distantia ꝙ non percipitur vnam precedere aliā: sicut in casu argumenti. Aliquando autem ista est inter eas distantia ꝙ optime apparet vnam noticiam prius altera generari. sicut in exemplo Auicenne superius posito.

Ad argumenta vero alterius positiōis que huic determinationi aduersari videntur ex prius habitis non difficile est respondere. ℂ Ad primum concedo ꝙ oportet intellectum prius intelligere vniuersale q̄ singulare. Et dico ꝙ vniuersale ad hoc vt ducat in cognitionem vnius singularis z nō alterius determinatur a fantasmate illius singularis qđ est in sensu. nec propter hoc oportet illud fantasma prius esse cognitū ab itellectu sicut species albedinis recepta in visu ita determinat ꝙ fiat visio albedinis ꝙ non alterius coloris: nec tamen propter hoc oportet prius visum illam speciem videre. ℂ Ad secundum dicitur ꝙ illa auctoritas non est ad ꝓpositum: quia Aristote. ibi loquitur

de vniuersalibus in causando: sicut sũt deus z alie intelligentie: de quibus non est hic sermo: sed solum de vniuersalibus fm cõmunitatẽ que non sunt sepata a sensibilib⁹ sicut illa: sed sunt eis cõiuncta. ¶ Ad tertiũ patet ex dictis in questione precedẽti quomodo vl'ia sunt quodãmodo extra animã z quodãmodo in anima. ¶ Ad quartũ patet per cõmẽtatorẽ tertio de anima. qui in plerisqz locis vult φ abstrahere speciẽ vniuersalẽ a fantasmate singularis est operatio intellectus agentis: Formare aũt seu intelligere est operatio intellectus possibilis. Sed quomodocunqz sit: negandũ est φ intellectus non abstrahit nisi a noto ab eo. Utrũ autez intellectus intelligat singulare solum per reflexionem ad fantasma: aut per speciem propriam ipsius singularis in eo receptam: aut per speciẽ vniuersalem qua intelligit etiam vniuersale: sed ordine quodam. in tertio de anima perquiratur.

Ad argumenta

principalia. ¶ Ad primum patet responsio per secundam conclusionem: quoniã non omnes cause sunt magis note nature: sed cause proxime cõuertibiles cum effectibus suis. ¶ Ad secundũ dicitur φ probat quartam cõclusionem. ¶ Ad tertium dicitur fm hanc opinionẽ φ Aris. per confusa non intelligit composita naturalia sed intelligit vniuersalia. Et per partes intelligit partes corporis subiectiuas. modo bene dictum est φ vniuersalia prius cognoscuntur a nobis per intellectum qz sua inferiora. Ad quartum patet per questionem zc.

¶ Aut soluere litigiosam rõnem q̃ sane vtreqz qdez sũt rõnes et melissi et pmenidis: Etenim falsa accipiũt et ñ syllogizãtes sũt. Magis aũt melissi opinio onerosa est et nõ hñs defectũ. Tex. cõmen. x.

1 **Intelligendum** fm cõmẽtatorẽ commento decimo φ illa ratio appellatur vana: que aut nihil concludit: aut si concludit aliquid nõ concludit intẽtum. Et magis vana est illa que nihil concludit: qz illa que concludit quod nõ est intentum per eam. Quia ergo rõ Melissi nihil cõcludebat ex quo acapiebat minorẽ negatiuã in pma figura z predicatiõe directa: quasi arguẽdo non sequitur conclusio: vt in prioribus dicitur. Parmenides aũt bene concludebat: lz nõ concluderet conclusionem intẽtam: quia capiebat minorem affirmatiuã de subiecto infinito: ideo magis erat vana ratio Melissi qz ipsius Parmenidis. Melissus autem ponebat vnum ens esse: z illud dicebat immobile z infinitum: ad quod probandũ sic arguebat: Omne quod generatur habet principiũ: ergo quod nõ generat non habet principiũ: sed ens nõ generat: ergo nõ habet principiuz: et per ꝯñs nec finẽ: ergo est infinitũ. Ex quo vlteri⁹ sequitur φ est tm̃ vnũ: qz nihil aliud secũ cõpatit: z φ est immobile: qz nõ habet locũ ad quẽ possit moueri.

Ista argumentatio

primo peccat in forma fm fallaciã cõsequentis: quia psupponit φ sicut sequit. Si aliquid generatur illud habet principiũ: ita sequat: si aliqd non generatur illud nõ habet principiũ. Et certũ est φ hoc nõ sequitur: bñ aũt quia celũ nõ generat z tamẽ celũ habet principiũ. Sequitur φ si aliquid nõ habet principiũ illud non generatur. Ibi ergo arguitur a destructione antecedentis ad destructionem cõsequentis: z sic arguẽdo ꝯña non valet. ¶ Secũdo peccat in materia: quia in secũdo processu capit maiorẽ falsam. s. illam: omne qđ nõ generat nõ habet principiũ. ¶ Tertio in eodẽ processu peccat in forma: quia arguitur directe in prima figura maiore existente negatiua. ¶ Quarto peccat fm fallaciam equiuocationis pmo quia accipit principiũ pro principio temporis aut generationis successiue: postmodũ pro principio magnitudinis cum dicit: ens nõ habet principiũ: ergo nec finem.

Parmenides

vo dicebat tm̃ vnũ ens esse immobile: sed finitum. Et ad probãdum tm̃ vnum ens sic arguebat. Quicquid est preter ens est nõ ens: sed nõ ens z nihil ꝯuertunt: ergo quicqd est preter ens est nihil: sed ens z vnuz cõuertuntur: ergo quicqd est preter vnum est nihil: z per cõsequẽs tm̃ vnũ ens est. ¶ Ratio sua primo peccat in materia: qz p antecedente capit istã ppositionẽ: Quicqd est preter ens ẽ nõ ens. que est falsa cũ ad eã sequat φ aliquid sit nõ ens: vt patet. Secundo peccat in forma per fallaciam equiuocationis: quia pmo capit vnũ transcendẽter vt est passio cõuertibilis cum ente: postea vo in cõsequẽte vltime consequentie capit vnũ nominaliter vt dicit pricipiũ numeri. Parmenides ergo concludebat tm̃ vnum esse: capiẽdo ly vnum trãscendẽter: quod verũ est: sicut tm̃ ens esse: sed nõ cõcludebat tm̃ vnũ esse capiendo ly vnum vt dicit principium numeri fm φ ipse intendebat.

Intelligendum

fm cõmẽtatorẽ φ Brisso volebat circulũ quadrare portiões eius lunares quadrando: que ideo lunares dicuntur: qz similitudinẽ habẽt i figura cũ luna semiplena. describebat vnum circulũ: deinde ipsum in quattuor portiones equales diuidebat: quas postea rectificabat. z quatuor alias lineas rectas illis equales sumebat ex quibus cõficiebat quadratũ: deinde quattuor portiões circuli incuruabat vt prius: z circulum priori equalem faciebat: z tunc arguebat illud quadratũ huic circulo fore equalem quia latera illius quadrati portionibus huius circuli circumferentiam constituentibus sunt equalia.

Huic rationi

geometra habet respõdere: qz Brisso geometrie principia cõcedebat. ¶ Diceretur igit hanc cõsequentiã non valere: Latera illius quadrati sunt equalia circũferẽtie hui⁹ circuli: ergo quadratũ illud huic circulo est equale: quoniam lz ille quattuor portiones circuli consumant totam circũferentiam eius: nõ tamẽ consumunt totum circulũ illum: nõ relinquit figura cuius q̃ nõ est pos que p diuisionẽ accipi possit. nec qualis ẽ portio chorde ad arcũ: talis est portio quadrati ad circulũ: vt alibi habet ostẽdi: qz cũ ceterarũ figurarũ figura sphærica sit capacissima: fateri debem⁹ ipm circulũ nõ eq̃ri illi q̃drato lz ꝯtinẽre fore maiorẽ.

Antiphon

autẽ ad istud ppositũ aliam rationez adducit. Capiebat eni vnũ circuluz in quo erat quadratũ: cuius quattuor anguli ad circũferentiam circuli terminabant: deinde ab angulis quadrati ad circũferentiã circuli lineas protrahebat facientes triangulos ysocheles. Quo facto resultabat figura equalium laterum z angulorũ: sed in duplo plurimũ z maior priori. Iterũ ab angulis illius figure protrahebat lineas ad circumferẽtiã circuli similes triãgulos faciẽdo. Sed minores z plures in duplo: z tũc resultabat figura poli maior et in duplo plurimũ laterũ z angulorũ: equaliũ tñ vt immediate de alia prius dicebat: z qz vt ipse aiebat in tali diuisione circũferẽtie circuli per angulos triangulorũ ysochheles seu equaliũ laterũ nominant ad eam terminatorum non proceditur in infinitũ: quia fm eum in diuisione continuit nõ proceditur in infinitum: sed ad indiuisibile ẽ statuet: quia ex indiuisibilibus compositũ: idea tunc figura resultans dum vlterius nõ procedet deuisio illi circulo erit equalis. Cum aũt cõtingat inuenire quadratũ huic figure multiangule equale sequitur quadratum illud nũc scripto circulo adequari: quia queciiqz vni tertio sunt equalia inter se sunt equalia. Sed huic rationi geometra respõdere nõ debet: quia principium est apud geometriam cõtinuum esse diuisibile in infinitum z cõponi semper ex indiuisibilibus: cuius oppositum hec ratio accipiebat. ¶ Dicendum tamẽ φ figura illa multiangula quoniam

eunq; fiat sibi talis additio: nunq̃ tamen efficietur illi circulo equalis: quare ꝛc.

¶ **Sicut enim geometre nõ amplius rõ ẽ ad destruẽtẽ pncipia sua. Sz aut alterius est sciẽtie: aut oibus cõmunis sit: neq; ei qui de principiys. Tex. commenti. viij.**

Questio sexta.

Dubitatur vtrũ philosophus naturalis possit pbare sua pncipia affirmatiue? ¶ Arguit primo ꝙ sic. Aristote. in hoc primo physicoꝝ demõstrat materiam esse que est vnum principiũ reruz naturaliũ: ergo ꝛc. cõsequẽtia patet. ꝛ antecedẽs declaratur in pcessu huius primi. ¶ Secũdo philosophus naturalis potest probare motũ esse: sed motũ esse est principiuz in sciẽtia naturali: ergo. patet consequẽtia. ꝛ minor colligitur ab Ar. in lr̃a cum dicit: Nobis autem subyciantur que sunt natura omnia: aut quedam moueri. maior arguitur: quoniã motus est passio naturalis habens causas pprias propter quas inest mobili: ergo p illas poterit naturalis probare motũ inesse mobili: sed motuz inesse mobili est motum esse: cum accidentis esse sit inesse: ergo naturalis potest pbare motũ. ¶ Tertio. sicut se habet metaphysicus ad sua pncipia: ita se habet naturalis ad sua pncipia per cõuenientẽ similitudinẽ: sed metaphysicus potest pbare sua pncipia: vt patet quarto metaphysice. ergo naturalis põt pbare sua pncipia. ¶ Quarto Ar. in pmo physicoꝝ qui est liber sciẽtie naturalis arguit contra Parmenidẽ ꝛ Melissum qui negabãt motũ ꝛ plura entia esse: ꝛ pluralitatẽ entiũ que sunt pncipia sciẽtie naturalis: vt assertt Cõmẽtator cõmento. 8. ergo philosophus naturalis põt pncipia sibi negata probare.

In oppositũ est Arist. in lr̃a dicens. Sicut enĩ et geometre non amplius ratio est ad destruentẽ pncipia: sed aut alterius scientie: aut oibus cõmunis: sic neq; huic de principiys.

Premittendũ pmo ꝙ scientiarũ quedaz est cõmunis vt metaphysica ꝛ logica que cõsiderãt totũ ens: lz differẽter: quia metaphysica considerat ens reale: logica do ens rationis. Quedam aũt est sciẽtia particularis que considerat partem entis: sicut sunt alie scientie. ¶ Premittendũ secundo ꝙ sciẽtiarum particulariũ: quedã est subalternans: quedã est subalternata: exemplũ pmi: vt geometria ꝛ arismetrica. exẽplum secundi: vt pspectiua ꝛ musica. nam pspectiua subalternatur geometrie: ꝛ musica arismetrice. ¶ Premittẽdum tertio ꝙ tripliciter vna scientia dicit alteri subalternari. s. rõne subiecti: rõne pncipioꝝ ꝛ rõne conclusionis. ¶ Rõne quidẽ subiecti: vt quia suum subiectuz est pars subiectiua alterius scientie: ꝛ sic scientia naturalis subalternatur metaphysice: talis tñ subalternatio est impropie dicta valde. ¶ Rõne principioꝝ dupliciter fit subalternatio. Uno modo. qr oia principia vnius sciẽtie probãtur in alia scientia: ꝛ sic subalternat medicina physica scientie naturali. Alio modo ꝙ aliquod principiũ vnius scientie pbetur in alia: sed nõ oia: ꝛ sic geometria subalternat scientie naturali: qr in scia nãli probat cõtinuũ esse in infinitum diuisibile: qd est principiũ in geometria: sed alia pncipia geometrie: aut nõ pbantur: aut in alia scia pbantur q̃ in scia nãli. ¶ Ratione aũt cõclusionis contingit vnã scientiam alteri subalternari quãdo aliqua cõclusio vnius scientie probatur per principia alterius scientie: ꝛ sic scientia naturalis q̃tum ad illam partẽ que est de yride subalternatur perspectiue: ꝛ medicina cyrurgica q̃tum ad illam conclusionem. vulnera circularia tardius sanantur q̃ oblonga: subalternat geometrie vt assertt Arist. pmo poster. ¶ Premittendũ quarto ꝙ triplicia sũt pncipia scie nãlis. Quedã enĩ sunt principia cognitiõis tñ: sicut sunt pluralitas entiũ: siue motũ eẽ: ꝛ plura esse entia. Quedã sũt pna esse tñ sicut mã ꝛ forma. Quedã sũt pna cognitionis ꝛ esse: sicut ꝙ entia nãlia habẽt in se pncipia que sunt cause motus ꝛ q̃etis in eis: vñ motũ esse ꝛ plãa entia eẽ nõ sunt pncipia esse simplr̃ reꝝ nãliũ: qr motus ꝛ pluralitas sũt pprietates q̃ ꝯsequunt ipas res nãles. Sũt tñ pncipia cognitiõis earũ: qr p cognitionẽ accidẽtiũ p se sensibiliũ ducimur i cognitionẽ subaꝝ nãliũ. E cõtra aũt mã ꝛ forma sũt pncipia esse reꝝ naturaliũ qr sũt ptes eoꝝ essentiales: nõ tñ sũt pncipia cognitiõis earũ: ꝛ qd est pmum in cognoscẽdo aliud debet esse notius eo: sed materia ꝛ forma nõ sunt nobis notiora q̃ sube cõposite: q̃re ꝛc. Sed qr entia naturalia hñt in se pncipia q̃ sunt cause motus ꝛ q̃etis in eis hñ est pncipiũ cognitiõis ꝛ esse rerũ naturaliũ: qm in tali pncipio includit natura ꝛ ppria opatio eius: ꝛ ratiõe nature est causa esse: ꝛ rõne ppie eius opationis est causa cognitionis rerum naturalium: quare ꝛc.

His habitis ponũtur ꝯnes. ¶ Pria ꝯ. In nulla scia põt pbari simplr̃ pncipia cognitiõis illius. ptz ꝯ: qr ois probatio simplr̃ ẽ p notiora: sz nulla scia ẽ aliq̃ notius suis pncipys cognitiõis: q̃re ꝛc. ¶ Jtẽ si nihil cõcedat ab aduersario nõ est via aliq̃ ad ea pbanda: igit. ¶ 2a ꝯ. Tã in scia cõi q̃z in scia subalternãte alia rõne pncipioꝝ põt probari simplr̃ pncipia cognitionis scie subalternate. ¶ Scda ps huius ꝯnis patz ex tertio pemisso. ¶ Sed pma arguit sic. Metaphysica ẽ scia cõmunis ꝛ in ea põt probari simplr̃ ꝙ oẽ totũ est maius sua parte: qd ẽ pncipiũ cognitiõis in geometria: sic arguẽdo. Omẽ ꝯnnẽs aliud ꝛ aliqd vltra ẽ maius illo: sed oẽ totũ ꝯnnet aliud. s. ptẽ ꝛ aliqd vltra: g ꝛc. ¶ 3a ꝯ. Artifex cõis põt vr̃ probare sua pncipia cognitionis neganti ea. ¶ Hec ꝯ arguit: qm artifex cõis ꝯsiderat totũ ẽ hz principia: q ex quocũq; cõcesso sequunt vt hz videri 4o metaphysice: g quocũq; ꝯcesso ab aduersario negãte pncipiũ scientie cõis poterit artifex cõis ex illo ꝯcesso principiuz suum cognitionis prius negatũ inferre. ¶ 4a ꝯ. phs nãlis põt simplr̃ pbare pncipia esse tñ reꝝ naturaliũ. pbatur: quia phs naturalis per transmutationẽ naturalẽ demonstrat materiã esse ꝛ etiã formã subaleꝫ: aut tãq̃z agẽs aut tanq̃ finẽ: vt patet ex primo ꝛ scdo physicoꝝ: igitur. ¶ Quinta ꝯclo. Phs nãlis nõ põt vliter pbare pncipia cognitiõis neganti ea: patet qr ẽ artifex spãlis q ꝯsiderat solũ ptẽ entis: nec hz pricipia q ex quocũq; ꝯcesso sequãtur: sicut habet artifex cõis: ideo si sibi negent non põt ea vliter pbare sed solũ pticulariter: ꝛ in casu quo ab aduersario aliud sibi ꝯcedat ex quo principiũ prius negatũ sequatur: qd tñ nõ est opportunũ. ꝛ si aduersarius multa cõcedat. ꝛ hec ꝯclusio sit p mente Ar. in litera.

Ad argumẽta principalia. ¶ Ad primũ patz rñsio p quartã ꝯclonez. ¶ Ad scdm negat illa ꝯña: motus hz cãm p quã inest mobili: g per illã põt demõstrari inesse mobili: qr illud nõ sufficit: sed oporteret etiã ꝙ motũ inesse mobili seu motũ esse nõ sit p se notũ: qd tñ est falsum. ¶ Aliq tñ dicũt ꝙ motũ esse est p se notũ q̃tũ ad qr est. ꝛ sic psupponit in scia naturali et nõ pbat. Est aũt dubitabile q̃tũ ad pp̃ter qd ẽ: ꝛ vt sic nõ supponit in scia nãli: sed põt pbari. ꝛ hoc pbat argumẽtũ. Nec est incõueniẽs idẽ in aliq̃ scia pbari ꝛ psupponi sed diuersimode. Uñ sicut videtes lunã eclypsari non querunt si est eclypsis lune: sed pp̃ter quã cãm lune insit eclypsis. Sic in scia naturali nõ querimus si est motus in mobili: sed psupponimus tanq̃ per se notũ: Querimus autẽ pp̃ter quã cãm motus insit mobili: ꝛ hoc põt demõstrari. ¶ Ad tertiũ patet rñsio per tertiã ꝛ quartã cõclusiõeꝫ: qm lz in hoc simile sit ꝙ vterq; ꝯsideret sua principia: est tamẽ dissimile in alio: quia metaphysicus ꝛ artifex cõmunis qui habet principia que ex quocũq; ꝯcesso sequunt: nõ autẽ naturalis. ¶ Ad quartũ dicit ꝙ Aristo. arguit contra Parmenidem ꝛ Melissum non tanq̃ naturalis: sed

vt primus philosophus: quare ⁊c̄.

¶ Principiũ aũt maxie oĩm ꝓpriũ ē: quĩ multipliciter dr̄ id qđ ē. Tex. cōmē. xiij.

Questio .vij.

Dubitari hic solet vtrũ ens dicat̄ equiuoce de decē predicamētis. Et videt̄ ꝙ sic ꝑ cōmentatorē cōmēto .13. dicētem ꝙ est notum ꝙ ens multipliciter dicit̄ de decem predicamētis. Quod aũt multipliciter dicitur: equiuoce dicitur: quare ⁊c̄.

In oppositũ videt̄ esse cōmētator eodē cōmēto paruũ post vbi dicit: hoc nomē ens aut significat gen⁹: aut vnũ indiuiduũ nũero ⁊ quodcunqȝ sit ens erit multũ: sed certũ ē ꝙ neqȝ gen⁹ neqȝ indiuiduũ est equocũ: igit̄. ¶ 2⁹ hoc idē rōne sic arguit̄. Nullũ adequatũ obm alicui⁹ potētie cognoscitiue ē equocũ: sed ens ē adequatũ obm alicui⁹ potētie cognoscitiue .s. intellectus: igit̄. p3 ꝯña cũ minori. Et maior arguit̄: qr cuilibet tali potētie oibus suis significatis vnic⁹ corrn̄det ꝯceptus.

Pro dubio premittendũ ꝓ ꝙ illud ꝓprie dicit̄ vniuocũ cui ꝓ oib⁹ suis significatis vnic⁹ corrn̄det ꝯceptus: ⁊ cũ hoc de illis equalr̄ dr̄ vtpote aiat gen⁹. vt ly hō. ¶ Illud vero dr̄ ꝓprie equocũ cui ꝓ oib⁹ suis significantibus plēs ⁊ nō vnic⁹ corrn̄det ꝯceptus: vt canis: cui⁹ i mēte ali⁹ ꝯcept⁹ ꝓ latrabili: ali⁹ ꝓ marino: ali⁹ ꝓ celesti corrn̄det. Illud vero dr̄ analogũ qđ ē inter hoc mediũ: qđ .s. vnicũ h3 ꝯceptũ ꝓ oib⁹ suis significatis: s3 cō principal̄r̄ siue icq̄lr̄ ꝛm pri⁹ ⁊ posteri⁹ ꝓpter hoc qđ ab illis ineq̄lr̄ participat̄: ⁊ h a cōmētatore multiplex appellat̄ siue ambiguũ.

Ad dubiũ ergo cũ q̄rit̄ de ente vtrũ sit equocũ: diuersi varia rn̄dēt. Quidā eni dixerunt rōnes subē ⁊ accidētis ⁊ deo disparates esse ꝙ ab illis nullus ꝯcept⁹ cōis eis abstrahi pōt: pp qđ huic voci ens duo corrn̄dent ꝯceptus eius ambuũ euacuātes: vn⁹ substātijs cōpetēs: ⁊ alius accidētib⁹: ⁊ sic ꝛm istos ens esset pure equocũ. ¶ Alij tenuerũt ꝙ sibi vn⁹ ꝯcept⁹ ꝓ substātijs ⁊ accidentibus corrn̄det: ⁊ ex ꝯñti vna rō cōis illis: que ꝓ prius cōpetit subē ꝙ̄3 accidēti: ⁊ ab illis ꝛm magis et minus participat̄. iō dixerũt nullā naturā eādē attribui debere ꝙ deo ⁊ subē ⁊ accn̄tia sit cōis: ⁊ ꝛm hoc ens esset analogũ. ¶ Plēs vero alij ꝯcesserũt illi voci ens nedũ ꝯceptũ vnũ: verũ etiā naturā vnā3 cōpetere ꝓ subā ⁊ accn̄te illis vnius: ac ⁊ deo ⁊ creatoris eq̄lr̄ ꝯuenientē. ¶ Et qr hec vltima est insueta valde: iō ꝯ̄ ipam mltiplr̄ instat̄. ¶ Primo si daret̄ ens ī cōi tūc ē creatũ: qr oē aliud a deo ē creatũ: si sic tale ens esset prius deo cũ esset cōe sibi ⁊ alijs: et si creatũ esset prius deo. ꝯñs est falsũ: quia tūc deus nō esset primũ simplr̄. ¶ Secūdo. dato illo sequeret̄ ꝙ illud esset causa dei: ⁊ per ꝯñs ꝙ deus nō esset prima causa. ꝯñs est falsum ⁊ ꝓbatur ꝯña. quia omē cōmune alicui essentialiter ē causa illius: sicut de genere respectu speciei: sed ens in cōmuni si datur est essentialiter deo ⁊ alijs: ergo est causa dei. ¶ 3⁹ seq̄ret̄ ꝙ aliquid esset ꝙ nihil esset: ꝓbat̄: ⁊ capiat̄ prima passio entis .s. intelligibilitas ꝙ sit .a. tūc .a. est aliqd: vt patet. Et ꝙ nihil sit arguitur: qr nullũ ens ē ex quo nō est ens: cũ nulla passio sit suũ subm. ¶ Quarto. sequeret̄ ꝙ in deo est cōpositio: ꝓbatur quia deus supadditur enti ⁊ ipm cōtrahit: sed omē cōtrahens facit cōpositionē ex eo qđ cōtrahit̄ ⁊ eo quo contrahit̄. ¶ Quinto. sequeret̄ ꝙ aliqd ē qđ nullius ꝑfectionis est: ꝓbat̄: qr omē aliud ab illo ente in cōi supadditur ei aliquã ꝑfectionē ⁊ est eo ꝑfectius: sed in infinitũ modice ꝑfectione nisi est aliqđ aliud ens: igit̄. ¶ Tenentiũ hanc viā ꝓ duob⁹ primis argumētis ꝯcedũt aliqui ꝙ ens in cōi ē prius deo prioritate cōitatis: sed nō deus est prius ꝓitate ⁊ causalitatis: ⁊ per ꝯñs simplr̄ prius cũ prioritas causalitatis ⁊ ꝑfectiōis sit simpliciter prior ꝓitate cōitatis. Et ꝓpter hoc negant absolute ꝙ ens in cōmuni est prius deo. ⁊ similiter negant ꝙ omē cōe alicui ⁊ alijs sit prius illo: qr vltra illud oporteret ꝙ esset causa illius: sed vltra illud oporteret ꝙ sibi esset essentiale: vt genus vel differentia ingrediens eius diffinitionē essentialē: qđ nō est de deo ⁊ de ente in cōi. ¶ Sed cōtra. Si ens in cōmuni ꝑdicat̄ de deo: vel ꝑdicat̄ intrinsece vel extrinsece. Si intrinsece: ergo cōicat̄ deo intrinsece: ⁊ ꝑ ꝯñs de⁹ participat naturā entis ī cōi: qđ nō pōt esse nisi causet̄ ab eo intrinsece. Si extrinsece: tūc de⁹ ex natura sua nō eēt ens: ꝯñs est falsum cũ maxie sit ens. ¶ Itē aut ens in cōi ꝑdicatur de deo eternalr̄: aut nō. Si eternalr̄ aliqđ eternalr̄ causatũ fuit in deo: qđ est impossibile. Si nō eternalr̄ sed ex tpe: tūc sequit̄ ꝙ ante creationē mūdi deus nō fuit ens: qđ est falsum: qr tunc deus in creatione mūdi incepisset mutari. ¶ Ad hoc quidā dicũt ꝙ ens ꝑdicatur intrinsece de deo: qr deus de se habet esse: nec in eo distinguit̄ eē ab essentia ꝓpter suā cōpletissimā actualitatē: sed nō ꝑdicat̄ intrinsece de creaturis cũ non habeāt ex se esse: sed ꝓpter participationem alicuius intrinsece.

Et tunc respōdetur ad rationes vltimo factas. ¶ Ad primā concedit̄ ꝙ ens cōicatur deo intrinsece. ⁊ negatur postea consequētia: ergo deus participat: igit̄ ⁊c̄. quia communicano potest esse sine causalitate: non autem participatio. ¶ Ad secundā concedit̄ ꝙ ens eternaliter ꝑdicat̄ de deo et negat̄ ꝯsequētia cũ infert̄ ꝙ aliquod creatũ eternalr̄ fuit in deo. ⁊ ratio: quia ens in cōmuni abstrahit a creato ⁊ increato: finito ⁊ infinito: sicut animal formaliter nec est rationale nec irrationale. ¶ Alij in hoc dixerũt oppositũ .s. ꝙ ens ꝑdicatur de deo extrinsece cũ nō sit causa ei⁹. Sed ꝑdicat̄ de creaturis intrinsece quarũ est causa: hoc tamē nō obstante deus ⁊ natura sua est ens: quia de natura sua est ens increatũ ⁊ infinitum. Et si obijcitur ꝙ ens ꝑdicatur intrinsece de creaturis: ergo a fortiori de deo cũ sit ꝑfectissimũ ens. negatur consequētia. ¶ Alij tamē voluerũt ꝙ ens ꝑdicatur intrinsece de deo ⁊ de creaturis. ¶ Ad tertium principale dicit̄ negando consequentiã. et ꝙ .a. est ens: ⁊ ꝙ ibi passio identificatur suo subiecto. ¶ Ad quartũ dicitur ꝙ ibi nō est contractio eo modo quo species contrahit genus: aut concretũ accidentale suum subiectum: sed precise illa est contractio communitatis. ¶ Ad quintum negatur consequētia. ⁊ ad probationem negatur minor: quia species sunt finite ⁊ inter eas datur minime perfecta. ¶ In sequēdo itaqȝ cōmentatorem tenetur via secūda scilz ꝙ ens est ambiguũ siue analogũ. Et cum dicitur postea ꝙ aut significat genus aut indiuiduum: per extrema dedit intelligere medium .s. speciem. et hoc dicit arguendo cōtra antiquos: asserentes omnia esse vnum ens .s. alicuius predicamenti: quia si sic esset: esset vnum genus: aut vna species: aut vnum indiuiduum. et quomodocunqȝ diceretur: sequeretur esse multa entia: quia genus presupponit speciem: ⁊ species presupponit genus ⁊ differentiam. et indiuiduum presupponit speciem et genus.

Ratio vero arguit ꝙ ens non est pure equiuocum: quod conceditur. quare ⁊c̄.

¶ Subam īfinitā esse: aut q̄litatē: aut passionē nō cōtigit nisi ꝛm accn̄s. Si igitur et alie q̄ntitates sũt. īfiniti enĩ rō ꝯgruit q̄ntitati. Tex. com. xv. Questio .viij.

Dubitatur vlterius: Utrũ quantitas distinguat̄ realr̄ a materia. Arguit̄ ꝙ nō: qr si sic esset: hoc esset qr q̄ntitas esset accidēs in mā fundatũ vt ī subiecto: et ꝑ ꝯñs mā esset ens absolutũ prius quātitate: sed omne absolutũ prius altero deus pōt conseruare posteriori destructo: ergo staret absqȝ repugnātia aliq̄ mate

riá esse absq; quátitate. ¶ Sed arguit ꝙ nõ: quia aut est diuisibilis aut indiuisibilis: sed nullo illoꝝ modorũ dici potest: quare ⁊c. ¶ Q nõ esset diuisibilis arguit Alb. multis rõnib⁹. ¶ Prima mã nuda existẽte aut est simplex aut ẽ cõposita. Si simplex habet ꝓpositũ. s. ꝙ est de se indiuisibilis: ⁊ ꝙ nullã indiuisibilitatẽ haberet nisi a quãtitate cui illi subijcitur. Si dicat ꝙ est composita: aut cõpositione prima: aut cõpositione secunda. Non cõpositione prima qꝛ cõpositio prima est ex potẽtia ⁊ actu: materia aũt ẽ pura potentia. Nec cõpositione secũda: quia secũda compositio est ex subiecto ⁊ accidẽte et causat a prima cõpositione et eam ꝑsupponit: igitur ibi nõ est prima compositio: nec secunda. cum ergo materia nuda existente in ea non est cõpositio prima: sequitur ꝙ nec etiã compositio secunda. ¶ Secunda ratio. Necesse est partes in quas diuiditur totum abinuicẽ differre aliqua differẽtia: igit si materia sola accepta ipa esset diuisibilis in partes ille abinuicem differũt aliqua differentia substãtiali vel accidentali: hoc aũt est falsum: quia nõ differũt differẽtia accidẽtali cum ponat nullum accidens habere: nec etiã differentia substantiali: quia omnia que differunt differentia substãtiali: aut differũt suis formis substantialibus: aut suis materijs: sed partes ille nõ differũt formis substantialibus: quia nullas ponũtur habere: nec etiam materijs: qꝛ non est idem in quo aliqua conueniunt: ⁊ in quo differũt: sed partes ille si huiusmodi materia eas haberet cõuenirent in principio materiali: ergo nõ differrent in illa. ¶ Tertia ratio. Cuicũq; attribuit aliqua passio alicuius subiecti eidem competit ⁊ illud subiectũ cũ sint cõuertibilia: sed diuisio est passio quãtitatis: ergo si materia in casu ꝙ sit nuda esset diuisibilis: sequeret ꝙ esset quãta: quod tñ nõ est verũ. ¶ Quarta ratio. Passio diffinita per subiectuz nunq̃ inuenit extra illud. vnde quis simitas diffinitur per nasum: nunq̃ inuenit nisi in naso: sed diuisio in partes eiusdẽ rationis de qua est hic sermo est passio cõtinui que diffinitur ꝑ cõtinuũ: vt patet: ergo nunq̃ inuenit extra continuũ: quare. ¶ Quinta rõ. Si materia sola existẽte ipa esset diuisibilis, cõsimilr possemus dicere ꝙ color et albedo ⁊ alie huiõi forme sepate a quãtitate ptes haberent: qđ nõ est verũ. ¶ Sexta ratio. Si sic esset: sequeret ꝙ materia esset ꝑ se quãta. ꝯñs est falsum ⁊ ꝓbatur ꝯña: quia materia per se sumpta haberet passione: puta diuisibilitatem eam qualem reddentem: ergo ⁊c.

in aliis in qbus non inueniunt ppe pria: vt sunt quantitates Un in motu ad qualitatem ad identitatem specifica motuum sufficit identitas specifica terminorum ad quos: et mediorum essentialiter ordinatorum: vt dictum est. Sed in motu ad quantitatem eodem modo vr ee dicendum de gnatione et corruptione. sunt. n. gnatio et corruptio mutationes contrarie: quia sunt de terminis oppositis ad terminos oppositos. nam gnatio est de non esse ad esse: et corruptio de esse ad non esse: quare sunt diuersarum specierum. Similiter modo est augmentatio opposita diminutioni: et est alterius speciei: quia augmentatio est motus de priuatione in habitum: vt de priuatione tantae quantitatis ad tantam quantitatem. et diminutio est motus de habitu in priuationem: quia de tanta quantitate in eius priuatione. vnde quod accidit in quantitatibus: accideret etiam in qualitatibus si non haberent ppe contrarium positiuum: vt si mane quanta nullo modo qualificata moueretur ad gradum seu a priuatione albedinis ad albedinem summam: aut si haberet summam albedinem: et remitteretur vsque ad non gradum absque inductione alicuius gradus ingredientis etc.

¶ Tria enim sunt secundum numerum circa que dicimus motum vnum: quod: et in quo: et quando. Dico autem quod: quoniam necesse est esse aliquod quod mouet vt hominem aut aurum. Et in aliquo hoc moueri: vt in loco aut in passione. Et quando: in tempore enim omne mouetur. Tex. co. xxxiiij. Q. ij.

Vtrum *(Surgit)* secundum quod vtrum ad vnitatem numeralem motus requiratur vnitas numeralis mobilis per se. ¶ Arguitur quod non. Primo de motu gutte descendentis super tabulam aridam qui est continuus et vnus numero a principio vsque ad finem: et tamen est continue aliud et aliud mobile per se. ¶ Secundo. quia cadant deorsum due gutte que in medio casus vniantur: tunc quero de motu totius aggregati an prius fuerit: an non. si dicatur quod non: tunc sequitur quod illius motus daretur primum instans sui esse: quod non est concessum. Si dicatur quod ille motus prius fuit: et tamen non fuerit in illo composito: ex quo illud compositum nusquam prius fuit. sequitur quod fuit in alio subiecto: et per consequens idem motus numero successiue inueniretur in subiectis per se distinctis numero: quod est propositum. ¶ Tertio arguitur de motu progressiuo animalis qui est vnus numero quamuis fit successiue in diuersis pedibus: et per consequens in subiectis distinctis numero. ¶ Quarto arguitur de motu canis de turri descendentis et moriatur in medio casus: qui erit continuus et vnus numero vsque ad finem: et tamen mobile non erit continue idem. ¶ Et hoc confirmatur de virga viridi descendente cuius medietas in medio casus exiccetur. motus namque totius continue erit idem numero: et tamen non erit idem continue mobile numero.

In oppositum est Aristo. in littera volens quod ad vnitatem motus simpliciter et secundum substantiam. secundum numeralem requiratur vnitas numeralis mobilis. et vnitas numeralis termini ad quem: et vnitas numeralis temporis. licet adhuc plura requirantur. s. vnitas numeralis termini a quo et vnitas numeralis motoris. vnde per terminum ad quem intelligitur etiam terminus a quo: et per mobile etiam intelligitur motor. Dicit enim sic. tria enim sunt secundum numerum circa que dicimus motum vnum. s. numero quod. i. mobile et in quo. i. terminum ad quem. et quando. i. tempus.

Etc. *(Respondendo)* hoc respondetur ad argumenta ante oppositum facta. ¶ Ad primum dat Burleus duas solutiones quarum prima est quod ibi aliquis motus continuabitur a principio vsque ad finem. sed ille non erit motus totius gutte. sed alicuius sue partis vsque ad finem remanentis. istud sed sit verum: tamen non euadet difficultatem. quia secundum hanc responsionem admittitur quod continue gutta descendente ab ea aliquid auferatur sic quod continue sit alia et alia gutta totaliter. ¶ Secundo dico. et pono quod similiter in instanti medio temporis mensurantis illum descensum: et arguo sic ibi est aliquis motus totalis qui non est pars alterius motus: aut qui est in tota illa gutta que nunc est: aut in parte eius vt in subiecto adequato. non est dicendum quod sit in parte: cum quelibet data eius parte alia moueatur. si est in tota gutta que nunc est: tunc quero an ille motus post hoc erit an non: si dicatur quod non: tunc sequitur quod illius motus daretur vltimum instans sui esse: quod est falsum. Si dicatur quod sic: et non erit in tota illa gutta que nunc est: ex quo nunquam postea erit: sequitur quod erit in alia: et per consequens idem motus numero erit successiue in subiectis adequatis numero distinctis: quod in predicta responsio vitare conabatur. ¶ Illa igitur responsione reiecta detur alia que vult quod ab illa gutta non continue fiet pura deperditio. sed quod prius vna subito totaliter deperdatur: deinde nihil: et postea iterum alia subito deperdatur: deinde nihil: et sic successiue: quemadmodum accidit in cauatione lapidis a guttis super ipso cadentibus. et secundum hoc patet quod sicut erunt in illo tempore diuersa mobilia totalia sibiinuicem succedentia. sic erunt successiue motus diuersi adinuicem non continuati. ¶ Et si poneretur quod gleba terre descenderet continue per certum tempus cui esset applicatus ignis ipsam insequens: et per consequens ipsam continue corrumpens per partem ante partem in infinitum saltem post primum numeri corruptionem: tunc arguendo vt supra. ¶ Tunc vnde casum non admittendo et tamen causam huius assigna. ¶ Ad secundum dicunt quidam quod in primo instanti vnionis illarum duarum guttarum illud compositum non mouetur: et tamen vtraque eius medietas mouetur. Ex quo argui posset quod ex motibus illarum guttarum non fit vnus motus. et tamen ex istis guttis fit vnum per se. ¶ Posset etiam dici quod illud compositum mouetur: ex quo non sequitur quod prius mouebatur: quoniam sufficit quod due eius medietates ipsum constituentes prius mouerentur: nec etiam sequitur quod ille motus prius fuerit in alio subiecto: quoniam ille motus totalis nunc primo est. nec inconueniens alicuius motus dari primum instans sui esse vbi sit motus aggregatus ex motibus prius existentibus: et mobile: cuius partes prius mouebantur ipso mobili non existente: sed illud bene est impossibile de motu mobilis cuius nihil prius mouebatur. ¶ Ad tertium dicit Burleus quod motus progressiuus non est continuus et vnus numero. Sed alii dicunt quod sic: et quod continue manet et idem mobile per se quod est totum animal. pes autem non est mobile motu progressiuo nisi per accidens. ¶ Ad quartum dicit Burleus quod si aliqua forma substantialis que fuit in cane remaneat in cadauere: tunc remanet mobile idem: et motus est vnus numero. Si vero nulla forma substantialis remaneat in cadauere que prius fuit in cane: tunc sicut erunt diuersa mobilia sic erunt diuersi motus numero adinuicem non continuati vel erunt adinuicem habiti vel sesesequentes. ¶ Sed contra hoc vltimum arguitur. et sumitur in primo instanti esse cadaueris: et arguo sic. sicut se habet punctus ad duas lineas inter quas mediat immediate: sic se habet mutatum esse praesens ad motum immediate precedentem: et ad motum immediate sequentem per conuenientem similitudinem: sed quilibet punctus sic se habens continuat illas lineas. igitur mutatum esse presens continuat illos motus. ¶ Ad hoc dici posset primo negando minorem: quia due lineae possunt immediate se tangere secundum duo vltima puncta ipsarum: vt patet in lineis sesesequentibus. Sed si minor intelligatur solum de lineis continuatis: tunc negatur similitudo que innuitur in maiori: quoniam punctus continuans lineas est vtriusque illarum intrinsecus: sed in primo instanti esse cadaueris non est aliquod mutatum esse intrinsecum secundo motui: ex quo tunc non mouetur cadauer: nec datur primum mutatum esse in motu: sed habet cadauer solum mutatum esse intrinsecum primo motui. propter quod non continuatur secundus motus cum primo. ¶ Ex quo sequitur quod per motum aliquem potest acquiri mutatum esse alteri subiecto in eo quod fuit motus. ¶ Aliter potest responderi ad quartum argumentum dicendo quod ille motus est continuus vsque ad finem et vnus numero: quia licet non remaneat idem mobile propinquum videlicet canis. remanet tamen idem mobile remotum s. elementum predominans in mixto seu corpus mixtum graue: et hoc sufficit. ¶ Et per idem patet responsio ad confirmationem Uel dici potest quod motus partis viue eius ipsius virge vsque ad finem continuatur et remanet vnus numero: sed non partis que exiccabitur: sed erunt duo motus sesesequentes etc.

¶ Quoniam autem continuus est omnis motus similiter quidem vnum necesse est continuum esse siquidem omnis diuisibilis est et si continuus vnus. Tex. com. xxxix. Q. iij.

QVia hic vult Arist. q omnis mot⁹ vn⁹ numero est cōtinuus ꝛ q ois motus ꝯtinuus est vnus numero: qm̄ que ꝛ quot reqrunt̄ ad vnitatē numeralē motus reqrunt̄ ad eius ꝯtinuitatē ꝛ ec̄. ¶ Ideo specialiter dubitat̄ an motus augmētationis sit motus ꝯtinuus? ¶ Et arguit̄ q non: qꝛ ille motus nō est ꝯtinuus q non est vn⁹ numero. p Ari. hic. Sꝫ augmētatio non est mot⁹ vnus nūero. ergo ꝛc̄. pbat̄ minor: qm̄ augmētatio non videt̄ esse nisi alteratio nutrimēti: ꝛ cōuersio ei⁹ in subām corporis aīati: ꝛ ipsius extēsio in maiores ptes q̄ʒ sint dependite: sed certuʒ est q ex his motibus distinctis spē vel genere nō fit vnus motus nūero. ergo ꝛc̄. ¶ Confirmat̄: qꝛ ille non est vnus mot⁹ nūero q nō hʒ subiʒ vnū numero. Sed inter tuptū. p Ari. hic. Sed augmentatio pprie dicta est hʒ. fit. n. in partibus porosis īter quas mediant ptes nō porose que nō pprie augmētant̄. igitur ꝛc̄. ¶ Itē ad ꝯtinuitatē motus reqrit̄ tpis vnitas: ꝛ vnitas mobilis: ꝛ vnitas termini ad quē vt colligit̄ hic ab Ari. sꝫ in augmētatiōe corporis aīati non est vnū tps ꝯtinuuʒ ipsaʒ mēsurās: cū non ꝯtinue fiat nutrimēti conuersio in subām corporis aīati q̄ ad augmentatiōeʒ pprie dictam reqrit̄. sed aliūde fit ipsius alteratio. aliter corpus augēdum quātūcūqꝫ modico tpe augeret̄: efficeret̄ infinitum qꝛ p quolibet instāti ill⁹ tpis acqreret vnū minimum ex qb⁹ multitudine īfinita resultaret corp⁹ īfinitū. Ibi etiā nō est vnitas mobilis: qꝛ ex nutrimēto adueniēte ꝯtinue alia resultat materia in qua noua īroducit̄ forma: ꝛ sic totum viuens variatur tam fm̄ formam q̄ʒ fm̄ mām: ex resolutione etiā que fit a calore nālī pars mãe abycit̄ cuʒ pte forme. quare viuēs nō remanet idē. Illic etiā nō reseruat̄ vnitas termini ad quē: cū alia adueniat quātitas vni poro: ꝛ alia alteri ex qbus non fit vnū. ¶ Scdo pncipalr̄ arguit̄. si augmētatio eēt motus ꝯtinuus: tūc p aliqd tempus ꝯtinue esset cōcedendū aliqd vere augeri. ¶ Sed arguit̄ q non. Et ponat̄ q in aliquo poro corpis aīati sit facta nutrimēti alteratio ꝛ ipsius ꝯuersio in subām augendi corpis: sed nondū facta sit ptis acqsite extensio. sed nūc incipiat fieri: ꝛ tūc q̄ro an illa ps porosa sit aucta vel augeat̄. ꝛ patet q nō: qꝛ nō est maior q̄ʒ pus cum acqsituʒ adhuc nō sit maius q̄ʒ fuit pus resolutū: quo stāte arguit̄ tunc sic. hec ps in fine certi tpis erit vere aucta ꝛ nunc nō augetur: nec pus augebat̄. vt pbatum ē. ergo post hoc augebit̄ sed post hoc nō fiet in ea nisi motus extensionis seu rarefactionis. vt patet ex casu. ergo seqtur q vera ꝛ ppa augmētatio nō est nisi rarefactio: ꝛ p ꝯñs nō differret essentialiter augmētatio ppria que solum aīatis attribuitur. ꝛ augmētatio impropria que cōpetit inaīatis: cum vtraqꝫ sit per se ad eundem terminū specie. videlicꝫ ad raritatem seu corporis extēsionē maiorē. differrent ergo solū accñtaliter p hoc q augmētationē viuētis pcedit nutrimēti alteratio ꝛ ipsi⁹ subālis ꝯuersio. nō aūt augmētationē inaīati: qd tñ p incōueniēti cōiter reputat̄. ¶ Tertio si augmentatio eē tunc esset dandū ei⁹ primū ꝛ adequatū subiectum. sed arguit̄ q nō: qꝛ aut eēt ps porosa p̄existēs: aut pars ex nutrimento de nouo gñata: aut aggregatū ex vtraqꝫ: non primum: qꝛ subiecti alicui⁹ mot⁹ quelibet ps quātitatiua mouetur. si ergo pars p̄existēs eēt primū subiectū augmentationis pprie quelibet pars eius quantitatiua moueretur augmētatione ppria: ꝛ ex ꝯñti pprie augeret̄: cuꝫ ergo illius infinite sint ptes nō porose seqret̄ q ps nō porosa pp̄e augeret̄: qd cōtra non est ꝯcessum: ꝛ p idē pōt pbari q tale primū subiectū nō est aggregatū ex pte p̄existe ꝛ de nouo genita: vt pꝫ. ꝛ silr̄ q nō ē ps de nouo acqsita. ¶ Quarto si augmētatio esset mot⁹ ꝯtinuus: cū non fiat augmentatio ppria nisi ꝯuertat̄ nutrimentū in substantiā augendi corpis ex quo q̄libet talis ꝯuersio mēsurat̄ instāti: cum sit gñatio subālis minime carnis: aut minimi ossis p cōmentatorē: ꝛ ē dare secūdā ꝯuersionē imediate sequētē pmā: ꝛ tertiā imediate sequentē secūdā: ꝛ sic vltra: tunc seqret̄ instans esse immediatū instans in tpe: qd est īpossibile. ꝛ pꝫ ꝯñtia: qꝛ si continue per certum tempus generat̄ aliqd minimū carnis aut ossis ex nutrimēto: tūc signet̄ primū minimū genetatū ꝛ 2ᵐ ꝛ 3ᵐ: ꝛ cū cuiuslibet illoꝝ sit facta generatio in instāti: tūc seqtur q istans mēsurās secundā generatiōeʒ fuit imediatū instāti mēsurāti pmam. Et silr̄ dicat̄ de instāti mēsurāte ternam generatiōem respectu instātis mensurantis secundam.

In oppositum est Aristoteles hic vt patuit supra.

Pro hac questiōe p̄mittendū pmo q augmētatio c apit̄ tripl'r. vꝫ cōiter: improprie: ꝛ ppe. ¶ Cōiter dr̄ aliqd augeri p plurīū iuxta positiōeʒ sicut cumulus lapidū augeri dr̄ per lapidū additiōeʒ: ꝛ aq̄ p vnius aq̄ ad aliā iuxta positionem. ¶ Improprie dr̄ aliqd augeri qd maius efficit̄: non p aduentū alicui⁹ ab extra: sꝫ p solā rarefactionē: sic augeri dr̄ aq̄ buliens in vase. ¶ Proprie auget̄ qd efficit̄ maius propter ꝯuersionē nutrimēti īteri⁹ assumpti in ei⁹ subām factā ab aīa mediāte calore nālī: ꝛ sic sola viuētia augētur. Et tot oppositis modis dici pōt aliqd diminui cōmuniter p partis ablationē: improprie per condensationem: ꝛ pprie ppter resolutionē factā in iuuētute ab anima ꝛ calore naturali: vt accidit hominibus in senio.

In proposito solū erit sermo de augmētatione propria: qm̄ de augmētatione cōiter dicta nō est difficultas: ꝛ manifestū est augmētationē impropriā esse motū ꝯtinuū. ¶ Utrū aūt in rarefactione noua corporeitas acqrat̄ ei qd rarefit: aut soluꝫ extensio maioris quātitatis p̄exñtis: bona ē difficultas alibi pertractāda. Nā fm̄ tenentes dimēsiones īmediate ī materia pma fundari ꝛ ei eē coeternas vt voluit Cōmētator pmo physicoꝝ: ꝛ in libello de subā orbis. in rarefactione ꝯtinue manet eadē corporeitas: sub maiori tñ extensione ¶ Sed fm̄ tenētes quantitatem corporeā immediate fūdari in composito dicere possumus q in quolibet instanti intrinsece tēporis mensurātis rarefactiōeʒ noua corporeitas totaliter acqrit̄. ꝛ p̄existens totaliter corrumpitur. quēadmodū etiā sentit Gualter⁹ Burleus ī suo tractatu de intēsiōe q in ipso alterabili du alterat̄ ꝯtinue noua qualitas totaliter acquirit̄. ꝛ p̄exñs totaliter corrumpit̄. ¶ Premitēdū secundo q ad augmētatiōeʒ ppriam tres reqrunt̄ ꝯditiōes. ¶ Prima q idem qd augetur maneat idē numero a pncipio augmētatiōis vsqꝫ ad finem. Et pꝫ: qm̄ ad vnitatem numeralem motus reqritur vnitas numeralis mobilis. ¶ Secūda q illius qd auget̄ quelibet pars augeat̄. ꝛ hoc intelligi dꝫ vt vult Ari. pmo de generatione de partibus fm̄ formā: ꝛ fm̄ materiam. que autē sint partes fm̄ formā ꝛ q̄ fm̄ materiaꝫ diuersi varia opinant̄. Cōmuniter tñ p partes fm̄ formā intelligūt partes porosas in qbus recipitur nutrimētū: ꝛ p partes fm̄ materiā partes nō porosas. ¶ Intelligitur etiā hec secunda eōdem corpore nāliter se hñte: debite cibato: ꝛ quocunqꝫ impedimēto deducto. que sic intellecta ad expientiaꝫ est manifesta. dum enī hō auget̄ partes homogenee augent̄ pportionabiliter fm̄ tres diametros. vꝫ lōgitudinis: latitudinis: ꝛ pfunditatis: vtputa caro: os: neruus ꝛc̄. Silr̄ ꝛ partes etherogenee vt manus: caput: pedes ꝛc̄. ¶ Unde imaginari debemus vt est medicoꝝ sniā singula mēbra p pprias ipsoꝝ virtutes partes nutrimenti sibi pportionales ad se trahere. vt magnes dicit̄ ferrum attrahere: ꝛ mēbrū in quo nutrimentū continet̄ ipsum ad alia mēbra trāsmutare ꝛ distribuere fm̄ necessitatē per corporis poros. ideo in augmētatiōe viuētis deducto impedimento in q̄libet poro fit augmētatio. ¶ Tertia ꝯditio est q augmētatio fiat adueniente aliq̄ corporeo. pꝫ. incorporeū additū corporeo nō facit ipm̄ mai⁹: ꝛ has ꝯditiōes ponit Ari. pmo de gñatione. ¶ Premittēdū 3ᵒ. q in hac materia di

nerse inueniunt positões. Nã Burle⁹ i 3°. phys. ponit q augmẽtatio ppria ipsi⁹ viuentis capit dupl'r. Uno°. p conuersione nutrimẽti in subam corporis qd ex eo augef z sic augmẽtatio est subita subalis gñatio partis viuentis: rõne cuius augeri di: z sic eã capiendo augmẽtatio nõ ẽ motus. Alio°. capit augmentatio ppria p extẽsiõe mem bri sequẽte nutrimẽti ɔuersioné. z talit sumẽdo augmẽ tationé ipsa ẽ p aliqd tps motus ɔtinuus. Quis non opor teat ipsam ɔtinuari p totú tps: qd est tps augmenti ipsius aiati. sed intercipit aliqñ quietib⁹ intermedijs: z pp̃ter h dicit Cõmẽtator ibidez q motus augmẽtationis cõponit ex pluribus motib⁹ z pluribus quietibus. ¶ Joannes aút de Gandauo in qõne magna quã fecit de augmẽtatiõe opinat q postq̃ nutrimẽtú receptú fuerit in poro corpo ris aiati cedẽte corpore subtili p̃us ipsum replente z alte ratú z subaliter trãsmutatú q ps genita p virtuté vegeta tiuã ei⁹ agit in pté sibi ɔtinuã p̃exñté ipaz extẽdẽdo. z eco̅ tra ps p̃exñs p eius virtute vegetatiuã agit in pté genitaz ipsam extẽdendo ad maiores dimensiones q̃z habuit ps resoluta. q̃re totú reddit maius p talẽ ɔtinuam extẽsioné. Et positio hec ẽ declaratio secundi mẽbri põnis Burlei. ¶ Plurimi alij modi inueniũtur dicẽdi. qui in oẽs i alte rum duoꝝ coincidũt. vz. q augmẽtatio viuẽtis: aut ẽ sub stãtialis aggñatio ptis ex q̃ cum p̃exñte remanẽte totuz reddit maius q̃z p̃us: aut q est extẽsio sequens nutrimen ti ɔuersioné: q̃uis eẽt aliqualis dña inter tenẽtes quam cũqz gñationẽ subalem siue totalẽ: siue partialẽ fieri per pté añ pté in infinitú vt plés voluerũt: z tenẽtes ipaz fieri fm minima: vt dixerũt sequaces Auerrois.

Quod tamẽ nulla haꝝ positionũ sit sufficiẽs arguit. Et p̃mo ɔ̃ p̃ma oñdit q augmẽtatio ppria nõ est nutrimẽti ɔuersio in subam illi us qd augef subito facta. qr tũc augmẽtatio ppria nõ esset verus motus. ɔ̃ Ari. h. Nec valet si dicaf q Ari. loqtur de augmẽtatiõe ĩpropria: qr illa nõ est p se ad quãntatẽ: cũ p eã nõ acqraf quãntitas noua vt vult Auerrois. sed ẽ per se ad raritatem seu maioritatẽ quãntitatis. Et Ari. dicit q au gmẽtatio de qua loqtur ẽ p se ad quãntitatẽ. ¶ Secundo ɔ̃ secũdã arguit q augmẽtatio ppria nõ sit extensio ptis vi uentis: qr tũc nõ differret specie ab augmẽtatione impro pria vt supra arguebaf: ɔñs est falsum. z cõtra Ari. p̃mo de gñatiõe. ¶ Jtẽ arguit spẽaliter cõtra fũdamẽtum Joan nis de Gandauo argumẽto suo qd saluo iudicio melio cõtra ipm pcedit. dicit enĩ q pars viuẽtis antiq̃ extendit partẽ nouã ex nutrimẽto acqsitam p virtutẽ ei⁹ vegetati uã z ecõtra: z talis ẽ ppria augmẽtatio. ¶ Cõtra hec obij cit. quoniã tũc viuens posset ppriẽ augeri absqz nutrimẽ ti aduẽtu. cõsequẽs est falsum z contra Ari. vt patet ex di ctis: z pbat ɔsequẽtiam: qr ante aduentum cibi vna pars viuẽtis p suã virtutẽ vegetatiuã põt aliam extendere z ex cõsequẽti totú augeri: sicut post nutrimenti cõuersionez. ¶ Respondet negando q ante cibi aduentum vna pars viuẽtis possit aliã extẽdere. pptere a qr est debilis: z post nutrimẽti ɔuersioné vigorata z fortificata bñ poterit ad uenientẽ partẽ extẽdere. ¶ Sed q ista rñsio nõ sit efficax euidẽter sic declaraf. Nã virtus vegetatiua q̃ est in parte mẽbri hois nãlit robusti añ cibi assumptionez adhuc est fortior q̃z sit illa q̃ est i pte mẽbri hois nãlr debilis ex ci bo ɔfortati. sed hec vtus hois debilis p ipm põt augmẽtũ seu extẽsionẽ facere. ḡ a fortiori z illi⁹ hois fortis: z p ɔñs adhuc stat incõueniẽs adductum. vz. q nullo adueniẽte eo poro abex̃ fiet in aiato ppria augmẽtatio.

Sequitur igitur tertia positio virgai cõfor mior q̃ quibusdaz ɔmb⁹ de claraf. Quarum pri ma est ista. ¶ Augmentatio propria est successiua nutrimenti conuersio in maiores partes corporis aiati q̃z sint deꝑdite. facta ab aia z calore nali: vt ipm aiatũ debitã attigat quãntitatẽ. Hec ɔclusio argr sic. Augmentatio ppria vel est subita ɔuersio nutrimẽti in ptes corporis qd augef: vel est extensio seqñs talẽ con uersionẽ: vel est successiua trãsmutatio nutrimẽti in ma iores ptes zc̃. Non p̃mũ. qr tũc augmẽtatio ppria nõ eẽt verus mot⁹. ɔ̃ Aris. hic. Nec 2ᵐ. qr tũc nõ differret essen tialiter ab augmẽtatiõe inaiato z: qd est falsuz. ḡ relinqui tur tertiuz ex sufficienti diuisiõe. ¶ Dicit aũt notanter in maiores ptes zc̃. qr nisi ptes de nouo acqsite essent maio res p̃us resolutis non fieret ppriẽ augmẽtatio: z p h dif fert formalit a nutritione: p illud aũt q dr facta ab aia z calore nãli explicanf ei⁹ cause efficientes p̃ncipales z in strumẽtales. Nutrimẽtũ vo est ei⁹ mã trãsiẽs z finis est aiatum p ipsaz debitã quãtitatẽ attigere. ¶ Sz ɔ̃. restau ratũ ex nutrimẽto nũquã est mai⁹ p̃us resoluto. igif zc̃. pbaf assumptum: qr illud qd restauraf ex nutrimento ɔti nef in poro cãto ex resolone p̃cedẽte: z certuz ẽ q talis porus nõ ɔtinet amplı⁹ q̃z p̃us. ¶ Jtẽ fm Auerroim 6° ph°. In oi motu est dare p̃mũ gñatum. ḡ i restauratiõe car nis aut ossis daf mĩma caro q̃ subito z totalit gñaf: z mi nimũ os: z sic de alijs. q̃re segtur q talis ptialis gñatio q̃ fit i eo qd augef nõ fit successiue. ¶ Ad hec duo i sideo q licz in p̃n° gñatio vel corruptio ptialis fiãt fm minima q̃ forte minora sũt q̃z in gñatiõe z corruptione totali i eadez spẽ: tñ cõtinue post p̃ncipiũ fit generatio aut corruptio p partẽ añ partẽ in infinitũ z successiue: vt alteratio: z huic successiue generationi coniungif partis porose. ac eius q̃ de nouo acqritur extensio z dilatatio. q̃re totuz redditur maius q̃z fuerit p̃us. ¶ Jmaginemur ḡ q in. a. parte non porosa agat calor aliquã ei⁹ partẽ subtiliãdo z resoluen do ac ipam porificãdo: tũc dico q p̃mo corrumpet in. a. vnũ minimuz subito. deinde duo vel tria successiue: z po stea ex nutrimẽto illi poro aduenẽte vnũ minimũ subi to restaurabif. deinde successiue pcedet gñatio ex nutri mẽto vna cũ extẽsione ptis q̃ gñaf: z p̃exñtis donec transf cat quãtitatẽ p̃us resoluti. z cũ illud qd reapponif incipit trãsire quãntitatẽ p̃us resoluti: tũc incipit p̃pa augmẽtatio q̃ in parte illa p certũ tps ɔtinuaf. ¶ Ex qbus segtur pri mo augmẽtationẽ ppriã fieri: fm partes porosas: nõ autẽ fm partes nõ porosas. ¶ Segr. 2° scdo q vbi causaref po rus ex resolone vnius minimi tantũ z repleref ex gene ratiõe alteri⁹ minimi ex nutrimento q illa pars nõ ppriẽ augeref. q̃uis forte impropriẽ efficeref maior: propter extẽsionẽ sequentẽ illã subitã minimi gñationẽ. ¶ Seg tur tertio q subm p̃mũ augmẽtationis ppriẽ nõ est totuz viuens. pz. qr nõ augef ppriẽ fm quãlibet eius partem. ¶ Segtur q̃rto q p̃pa augmẽtatio est mot⁹ ad substanti am. pz. qr p talẽ nutrimẽti ɔuersionẽ acqritur in materia nutrimenti noua forma substantialis: aut saltem preexñs forma in eadez de nouo introducif. ¶ Sequif quinto q augmẽtatio ppria est motus ad quãntitatẽ. pz. qr per ipam corpus aiatum acquirit quãtitatẽ q̃ prefuit in nutrimẽto z plura alia inferri possum ex his: que omnia subtilit spe culãti patere pñt. ¶ Scda ɔclusio. Licz augmentatio p priẽ dicta sit motus ad substantiam z ad quantitatez. inme diatius tamẽ est motus ad subam: z p̃ncipalius ad quãti tatem inquãtum augmẽtatio. ¶ Jsta ɔclusio p p̃ma par te pz ex dictis: z p secunda arguit. Et p̃mo q imediatius sit ad subam: qr immediatius est ad formã q̃ de nouo pro ducif tanq̃z eius terminus immediatus: sed h est forma substãtialis in materia nutrimenti de nouo producta. ḡ. re zc̃. ¶ Et q p̃ncipalius sit ad quantitatẽ inquantuz au gmentatio est. pbaf. qr p̃ncipalius est ad terminum ex pressum in parte sue diffinitionis q̃ ponif p eius differen tia q̃z q ponif p genere: cum in genere cũ alio conueni at. z in drĩa a quolibet alio differat: sed in parte que se h3 vt gen⁹ includif forma substãtialis cuz dicif successiua cõuersio nutrimenti. in parte aũt que se h3 vt differentia includif quãtitas: cum dr in maiores partes zc̃. ideo tota ɔclo reddif vera. Et dr inquãtũ augmẽtatio: quia inquã tũ substantialis generatio p̃ncipalius est ad substantiam

vitatis cõstat. ¶ Sed ɔtra hãc ɔclusionẽ arguiť pmo: qz ta date segtur q̃ ois augmẽtatio ppa est substantialis ge neratio: vt pz ex dictis. Sed q̃ h̃ sit falsum pbatur: qz ois generatio substãtialis est pmo de ɔtradictorio in contra dictoriũ. vt vult Ari. in. 5°. physicoꝝ. ⁊ mot° ad quãtitatẽ vt et augmẽtatio ppria est pmo de contrario in contra rium. vt patet ex dictis supra. ¶ Itẽ arguitur q̃ augmen tatio ppria que fit in hoie non est motus ad subam: qz ibi alia forma substãtialis pducitur. ¶ Respõdetur ad pri mũ q non est incõueniens eundem motuz diuersimode c fm varias ei° rões accepti esse pmo a diuersis termi nis ad diuersos terminos. ¶ Ad secũdũ diciť. q̃ licz i au gmẽtatione hominis proprie dicta non inducatur noua forma in materia q̃ prefuit i nutrimẽto. in ipsa tamẽ re et vnione aia pexeñs que pus non informaĩ: ⁊ hoc sufficit: vt ps ex dictis. ¶ Vñ sicut hois gñatio nõ est pure nãlis. sic nec ei° augmẽtatio: q̃uis aĩr esset dicẽdũ penes ponẽtes plures aiae totales in eodem hoie. ¶ Tertia ɔclusio. Au gmẽtatio ppria totius viuẽtis non est vnus motus nume ro. pbaĩ. qz ille mot° nõ est vnus numero cui° subiectũ adeq̃tũ nõ est vnũ numero: vt pz. sed subiectum adeq̃tuz augmẽtatõis toti° viuẽtis non est vnũ q̃ rẽ. pbaĩ minor: q augmẽtatio ppria non est extẽsa per totũ viuẽs: sz vna ena cuius ps est in vna pte porosa ⁊ alia in alia inter quas me diati pıes non porose in quibus non est augmẽtatio pro ppte dicta. q̃re ⁊c̃. ¶ Quarta ɔclo. Augmentatio ppe di cta alicuius ptis viuentis est vnus mot° numero p certuz ipse cõtinuus. pz ɔclo de ɔuersione nutrimẽti ɔtenti i vno pcto in maiores ptes q̃ fuit in ipso depdite. talis enim est vnius mobilis: ⁊ per certũ tpe cõtinuaĩ. ¶ Sed ɔ: qz in tali augmẽtatõe ɔtinue alia ⁊ alia ps materie nutrimen tramutaĩ: q̃ cũ ipa sit subm illius augmẽtatõis: nõ erit in tali augmẽtatõe ɔtinue mobile idem. ¶ Rñdeť q̃ cõ tinue erit idem mobile cõner ex successiõe ptiũ sz in poro sibi inuicẽ succedẽtiũ: ⁊ hoc sufficit ad vnitatẽ nume rale ppte augmẽtatõis vt postea patebit. ¶ Quinta con clusio. Non est necesse alicuius ptis viuẽtis augmẽtatio. tẽ ppta esse motũ ɔtinuũ p totũ suũ tps augmenti. hec pcto nota est itelligẽti motũ per quẽ fit augmentatio pro pte dicta. capiaĩ. n. vna pars porosa in viuẽte in qua nũc fiat augmentatio. ⁊ certũ est q non per totũ tps augmẽti illius viuẽtis ps illa augebiť. sed añ cõplementũ illius re plebit ⁊ efficietur non porosa.

Ex his rñdeť ad argumenta añ oppositũ addu cta. ¶ Ad pmũ pz ex dictis. qm̃ in ppria augmẽtatõe non fit ɔtinue minimi gñatio. vt supius fuit ostensuz. Augmẽtabile etiã est ɔtinue idẽ numero cõuer s varieť fm ptẽ forme: aut materie: tñ sibi inuicez sue unt fz ɔsiles dispõnes sit° ⁊ organizatões: queadmo n dicimus padũ eũdem fluuiũ nũc esse cum eo q fuit mille annos elapsos ex sili cã. ¶ Alij dicũt augmenta esse idẽ numero: qz ɔtinue remanet eadẽ forma non variata: lz diuersificeť mã: ⁊ hi ponũt oẽm aiam esse idi uisibilem. ¶ Ad secundum diciť q̃ supponit falsum. s. q̃ gñatio substantialis que fit in augmẽtatione ppria semp fiat subito ⁊ nunq̃ successiue. ⁊ q̃ post eaz sequaĩ mẽbra ptio: qd̃ in supius est ostẽsum eẽ fl̃m. ¶ Ad tertiũ patet q̃ ps de nouo genita est subiectũ adeq̃tũ ppe augmen tatõis seu mã quãta ipsius. Et cũ oĩ q̃ augmẽtatio pro ppte dicta fit solũ fm ptes porosas sic oz intelligi q̃ solum in ptibus porosis ipsi° viuẽtis recipiť alimẽtũ ex quo fit vera augmẽtatio: nõ aũt in ptibus nõ porosis ɔtextitibus eo: cu quo vlterius ɔcedendũ est q̃ in pte nõ porosa q̃ ex nutrimento acgritur est subiectiue vera augmentatio saltẽ in eius mã p quãtitatẽ disposita. ¶ Ad quartum ex q̃ãne q̃liter sit respõdendum. quare ⁊c̃.

¶ **Si aũt oẽm vnũ cõtingit regularẽ eẽ nõ: nõ erũt q nõ fm spẽz babiti sũt ipsi**

vn° et cõtinu°. Q̃ñ oẽ eñi erit regularis ex alteratione cõpositus et loci mutatione. Indiget enim conuenire. Textu com menti. xlv. **Questio. iiij.**

Dubitatur hic. An motus diuersi spẽ possint iuicẽ ɔtinuari. ¶ Ar guiť q̃ sic: qz descẽdat vna terra colũnaris do nec centrũ eius fiat centrũ mundi. ⁊ simus in instãn in q̃ vna ei° terra ascẽdat: ⁊ residuum descẽdat. ⁊ capio motũ illarũ ptiũ. ⁊ pz q̃ illi ɔtrariantur cũ mot° toti° fit vn° mot° ɔtinu°: ⁊ tñ sunt diuersaꝝ specie rũ: cũ q̃ vnus illoꝝ est motus sursum: ⁊ alt° deorsum.

Ad hoc dicunt q̃dã q̃ nõ incõueniti mot° di uersaꝝ specierũ cõtinuari fm mañ ex ɔtinuitate mobiľ vt ẽ in pposito. tñ impoĩe ẽ motus diñtes specie ɔtinuari fm formã ad cõcauitatem tpis. Et h̃ vult Ari. hic. Vñ prima cõtinuatio est p accñs: sed secũda. s. rõne durationũ eis intrinsecarũ est per se: ⁊ quia durationes motuũ differentiũ specie sunt differen tes specie. ideo non possunt continuari.

Sed cõtra. qz tũc ex motib° illarũ partium exq̃ differũt spẽ nõ fieret vnus motus nu mero: qd̃ no vz verũ. Ideo potest aliter dici. vz. concedẽ do illos motus facere vnũ motũ numero: ⁊ q̃ nõ ois mo tus sursum a quolibet motu deorsum differt spẽ: qz illud solũ est verũ de motib° totalib° ⁊ in actu. ⁊ nõ oz esse ve rũ de motib° partialib° ⁊ in potẽtia vt sunt motus illaruz partiũ. Et sic saluaĩ qd̃ vult hic Ari. vz. nullos mot° diffe rentes specie ɔtinuari sic q̃ ex illis fiat vn° motus nume ro. ¶ Et qz Burle° in q̃dam rñsione concedit q̃ daĩ pri mũ mutatũ esse in motu ad aliũ motuz imediate sequẽte: qd̃ tñ vult esse extrinsecũ illi. ¶ Arguo q̃ nõ. ⁊ pono q̃ sit instans in q mobile q̃escat ⁊ desinat moueri motu prece dente: ⁊ incipiat moueri motu sequẽte ab agẽte nunc pri mo sibi approximato p remotionez de priũ. ⁊ arguo sic. Si h̃ mobile hz aliqd̃ mutatũ esse qd̃ nunq̃ pus habuit: aliqd est vel fuit agẽs causans illud in ipso. Sz agẽs pce dẽs solũ cãuit in ipso mutata eẽ motus pcedentis vt pz. ⁊ aliud agẽs nũc pmo sibi approximatũ non agit adhuc ĩ ipso. q̃ sequr q̃ istud secũdũ agẽs nullũ mutatuz eẽ mot° sequẽtis pducit in illo mobili. q̃re rñsio falsa ⁊c̃.

¶ **Reliquũ aũt q ẽ in contraria ei q est in cõtraria ex ɔtrarijs. fortassis qd ẽ igitur accidit hos q i ɔtraria ex ɔtrarijs eẽ sz eẽ forsitã nõ idẽ. Tex. com. xlviij.** **Q̃ õ. vj.**

Dubium incipit Utrũ ad h̃ q̃ ali q motus sint ɔtrarij regraĩ ⁊ sufficiat q̃ sint a terminis ɔtrarijs ad ter minos ɔtrios. ¶ Arguiť p̃ q̃ nõ requiraĩ: qz alterent duo rubea: vnũ ad albedinez: ⁊ aliud ad rubedinẽ: tũc ille due alterationes sunt ɔtrie: qz vna est albefactio: ⁊ alia ẽ nigrefactio: tñ nõ sũt a termis ɔtrijs: ex quo vtraq̃ ẽ a rubedine. ¶ Itẽ sint i medio aeris duo mo bilia quoꝝ vnũ sit ignis qui ascẽdat ad concauum celi. ⁊ aliud terra q̃ descẽdat ad mediuz mũdi: tũc illi mot° sunt ɔtrij vt pz. ⁊ tñ sunt ab eodẽ termino a q̃. ¶ Deide arguiť q̃ illud non sufficiat: ⁊ capio vnũ frigidũ qd̃ pmo altereĩ a nõ gradu caliditatis ad gradũ mediũ sub q̃ aliquãtulũ q̃escat. ⁊ postea iteꝝ alteretur a gradu medio ad gradum sũmũ caliditatis. Sit pmus motus. a. ⁊ scd̃us. b. tũc pz. q̃ a. ⁊. b. non sunt mot° ɔtrij: cũ ãbo sint calefactões. ⁊ tñ sũt a termis ɔtrijs ad termĩos ɔtrios: qd̃ argĩ sic. Et p̃ q̃ sunt a termis ɔtrijs: qz motus. a. ẽ de ɔtro in ɔtriũ: sz idẽ ẽ termi nus ad quẽ a. mot° ⁊ termin° a q̃ mot°. b. q̃ termin° a q̃. a motus est ɔtri° termio a q̃. b. mot°. Silr mot°. b. ẽ de ɔtro

m ↄ̄riū. ⁊ idē est terminus a q̄ mot⁹. b. ⁊ termīn⁹ ad quē. a motus. ḡ terminus ad quē mot⁹. b. ē ↄ̄rius termīo ad quē mot⁹. a. ¶ Item capio motū ignis de cētro mundi ad ↄcauū celi ⁊ motū aeris de ↄcauo aq̄ ad ↄcauū aeris. ⁊ p3 ꝙ isti mot⁹ non sunt ↄ̄rij cū ambo sint mot⁹ sursum. ⁊ tn̄ sūt a termīs ↄ̄rijs ad terminos ↄ̄rios: qm̄ illi termini sunt ↄ̄rij iter quos pōt esse motus: cum oīs motus sit de ↄ̄rio in ↄ̄riū: sed inter mediū mūdi ⁊ ↄcauū aq̄ pōt esse motus. similr̄ inter cōcauum aeris ⁊ cōcauum celi. ḡ ⁊c̄.

Ad hoc dubium dicūt qdā ꝙ ad h ꝙ aliq duo mot⁹ sint ↄ̄rij nō req̄ritur ꝙ sint a terminis ↄ̄rijs: vt p3 p argumēta adducta. s3 sufficit ꝙ sint ad terminos ↄ̄rios: non tamen oppsitos. ¶ Et pro hac opīone vr̄ esse Ari. i hoc capl'o dū cōcludēdo ꝙ motus sint ↄ̄rij dicit. Relinqtur ḡ qui est in ↄ̄riū ⁊ q est in ↄ̄ria ex ↄ̄rijs: vbi diuisim loqtur de motibus qui sūt ad ↄ̄ria: ⁊ de illis qui sunt ex ↄ̄rijs ad ↄ̄ria dicendo eos eē ↄ̄rios. ¶ Alij v̄o voluūt oportere ⁊ sufficere ad motuum ↄ̄rietatem ꝙ sint de terminis ↄ̄rijs ad termīos ↄ̄rios. Et in hac sua ↄuenīūt Auerrois: Albert⁹: ⁊ multi alij.

Et tenendo h r̄ndet ad arg̃a facta i oppositum. ¶ Ad p̄mū dr̄ ꝙ ille due alterationes sunt a terminis ↄ̄rijs: qr rubedo vt est termin⁹ a quo albefactiōis se h3 tāquā nigredo. ⁊ vt est terminus a quo nigrefactiōis se h3 tāquā albedo. ⁊ tenēdo ꝙ colores medij cōponant̄ ex extremis albefactio est a nigredine que est in rubedine3 ⁊ nigrefactio ē ab albedine que est in eadem: vt asserit Cōmētator. ¶ Ad aliud dicit̄ silr̄ ꝙ mediū aeris vt est terminus a quo motus ignis se h3 vt deorsum ⁊ vt est termin⁹ a quo motus terre se h3 in sursu3: qm̄ medium cōparatum vni extremo tenet locū alterius extremi vt Ari. ponit in l'ra. ¶ Ad aliud ↄceditur ꝙ illi motus nō sint ↄ̄rij. ⁊ negatur ꝙ sint a terminis ↄ̄rarijs ad terminos cōtrarios: q̄uis Burleus hoc cōcedat insequendo suam positionē de inductione formarū. ¶ Et vlterius ad argumētū r̄ndetur negādo ꝙ idem sit terminus ad que3 a. motus cum termino a quo. b. motus: quoniā terminus ad quē. a. motus est caliditatis vt quatuor. sed frigiditatis vt quatuor: quoniā caliditas vt octo nō ↄ̄rariatur caliditas vt q̄tuor: cū ipsa vel sibi similis sit pars eius: sed bn̄ frigiditas vt q̄tuor secum coextensa. ¶ Ad vltimū dicunt aliq ꝙ illi mot⁹ nō sūt motu ↄtrario qd̄ tn̄ dicūt reqri ad h ꝙ illi mot⁹ essent ↄ̄rarij. Pōt etia3 dici ꝙ illi termini vt vnus est a quo: ⁊ alter ad quē sunt bn̄ ↄ̄rarij. sed vt ambo sunt termini a qbus: vel termini ad quos sic nō sunt ↄ̄rij. ⁊ sic est in ꝓposito. q̄re ⁊c̄. ¶ Et quia in vna respōsiōe ad p̄mū argumētum tenetur ſm Cōmentatorem ꝙ in formis medijs sunt extrema actualiter sub gradibus remissis ex qbus ipsa media cōponūt̄. vt ꝙ viriditas cōponit̄ ex tāto gradu albedinis: ⁊ rubedo cōpōit̄ ex albedine ⁊ nigredine i alia ꝓportiōe se h̄ntib⁹. ⁊ sic de alijs.

Ideo respondetur argumētis Burlei volēs huiusmodi oēs formas tam extremas q̄3 medias simplices esse. ¶ Ad p̄mu3 cum ipse infert ꝙ omnis alteratio esset inter formas specie distinctas conceditur. ⁊ cum dicit ꝙ Aristote. vult ꝙ aliqua alteratio est inter formas eiusdem speciei. hoc conceditur uerum. Unde aliqua est alteratio que solū est inter formas specie distictas. vt alteratio a sūma albedine ad summā nigredinē. Aliq̄ v̄o est alteratio q̄ cū h ꝙ est inter formas spē distinctas etiā est inter formas eiusdē speciei: vt alteratio q̄ est a remissa nigredine ad nigredinem intensa3. verūtamē omnis talis alteratio est p se de contrario in cōtrariū. ⁊ si est a forma eiusdē speciei cum termino ad quē hoc est ꝑ accn̄s. Unde nigrefactio est per se ab albedine. Si aūt est a nigredine remissa hoc sibi accidit cū possit nō esse ab ea. ¶ Ad scōm ↄcedit̄ ꝙ oēs mot⁹ q sunt ab albedine sunt eiusdē speciei. ¶ Et ↄcedit̄ vlterius ꝙ defuscatio ⁊ viridatio q̄ sunt ab albedine sūt eiusdē speciei: qm̄ rubedo ⁊ fuscedo nō sunt nisi aggregatum ex albedine ⁊ nigredine. ⁊ nihil in talib⁹ motibus p se acq̄ritur nisi nigredo. ¶ Et si q̄rat̄. q̄re nō dicunt̄ isti mot⁹ nigrefactiōes: cū glibet mot⁹ debeat denoiari a suo p se termino ad quē? ¶ Ad h dicūt qdā ꝙ si tātū de nigredine acq̄reret̄ ꝙ i fine subm̄ diceret̄ nigrū bn̄ vocarent̄ nigrefactiōes: qr in̄ h nō fit. ē vnū aggregatū ex albedine ⁊ nigredine: qd̄ dr̄ rubedo vel palledo a q̄ subm̄ denoiat̄ rubeū vel pallidu3. iō mot⁹ dr̄ rubefactio vel pallefactio. Un̄ nō est inconueniēs ꝙ mot⁹ nō denoiet̄ ab ei⁹ termino ad quē p se: s3 denoiet̄ a suo termino ꝑ accn̄s: qm̄ suus termin⁹ p se in fine mot⁹ nō ē in actu denoīatiuo: sed solū termin⁹ ꝑ accn̄s. ¶ Aliter dici pōt ⁊ meli⁹ ꝙ oēs isti motus sunt nigrefactiōes essentialiter: qr nihil ꝑ eos acq̄rit̄ essentialit̄ nisi nigredo: cū h tn̄ eis accidit ꝙ dicātur rubefactio aut pallefactio cū accidat mobili ꝙ q̄escat sub tali ꝓportione albedinis ad nigredinē ꝙ i fine dicat̄ rubeū vl' pallidū. vn̄ nō ꝑ oēm nigrefactionē fit subm̄ nigrū simplr̄: s3 bn̄ simpliciter vel ſm qd. vn̄ remisse albū vel medio colore coloratū dr̄ nigrū ſm qd: qr respectu magis albi. ¶ Et vlteri⁹ cū arguit̄ ꝙ cū duo mot⁹ ad fuscedinē differūt spē: ⁊ tn̄ mot⁹ ad fuscedinē ⁊ mot⁹ ad palledinē eēm eiusdē spēi cōceditur ↄclusio. nec est incōueniēs: qm̄ fuscatio ⁊ pallefactio sunt denoīationes illis motib⁹ accn̄tales. vn̄ colores medij nō differūt spē specifice ab extremis: nec int̄ se cum sint ipsa extrema sub gradib⁹ remissis. ¶ Ad tertiū cū arguit̄ ꝙ oē qd̄ alterat̄ ad ↄ̄riū p̄us deuenit in ↄ̄riū extremū q̄3 mediū: dr̄ vt supra ꝙ duplex est mediu3. s. p se ⁊ ꝑ accn̄s. In mediū p se sp p̄ri⁹ deuenit id qd̄ alterat̄ q̄3 in extremū. ⁊ h voluit Ari. supra. S3 de medio ꝑ accn̄s h non oz sic est glibet color medi⁹ respectu colorꝝ extremorꝝ: s3 de h satis supi⁹ dcm fuit. ¶ Ad quartū patet p illud quod dictū est. s. media nō differre specifice ab extremis. ¶ Ad quintū cum dicit̄ ꝙ si forme ↄ̄rie pūt esse simul in eodem, seq̄retur ꝙ silr̄ motus ↄ̄rij simul in eodē inueniri possent cū motus non dicātur ↄ̄rij nisi rōne suorū terminorꝝ. ¶ R̄ndetur negādo ↄ̄n̄am: ⁊ cā diuersitatis ē: qm̄ forme ↄtrarie sub aliqbus gradibus sunt ↄ̄rie solū in potentia. ⁊ tūc aut neutrum denominānt aut solū altera. ideo pn̄t simul eē in eodē: q̄uis nō possint simul eē in eodē sub gradibus sub qbus sunt ↄ̄ria in actu. Sed nō est sic de motibus ↄtrarijs: qr motus ↄtrarij semp sunt ↄtrarij actu ⁊ denominānt. iō si essent simul in eodē idē simul denoiaretur motibus ↄtrarijs. ⁊ sic idē simul calefieret ⁊ frigefieret: qd̄ est ipossibile. ¶ Et p hoc respōdet̄ ad ↄfirmationē: negādo ꝙ idē sit simul calidū ⁊ frigidū. Nec seq̄tur. in eodem sunt simul caliditas ⁊ frigiditas. ḡ ⁊c̄. quia nō vtraq3 ē in actu potēs denoiare. ¶ Et cū postea arguit̄ ꝙ si in eodē simul eēnt caliditas ⁊ frigiditas: tūc idē passu3 sibi approximatū simul p caliditatē calefieret ab eo: ⁊ p frigiditate3 frigefieret. negatur ↄ̄n̄a. qr aut passu3 h3 ↄsimiliter de caliditate ⁊ frigiditate sic agens: ⁊ tūc agens aget p caliditatem ipm̄ calefaciendo: ⁊ ecōtra: ⁊ tūc aget p frigiditatem. Et cū vlterius dicit̄ ꝙ tactus simul indicaret de eode3 ꝙ esset calidū ⁊ frigidū. negatur h. Et hic quida3 dicunt ꝙ tactus simul imutatur a caliditate ⁊ frigiditate: qr tn̄ hoc est ↄfuse: ⁊ motus factus p vnam q̄litatē impedit indiciū faciendū p motu3 alterius q̄litatis. ⁊ ecōtra: hinc est ꝙ tactus nō indicat calidū nec frigidū: sed medium. s. tepidū. Si tn̄ vna q̄litas multo plus moueret q̄3 alia: quia maiores motus impediūt minores indicaret illud esse calidū aut frigidū. ¶ Alij dicunt ꝙ si tangibile fuerit cōsimilr̄ dispositū vt organū tactus nō sentiret̄. Si aūt plus calidum q̄3 organū mouebit ꝑ caliditate3: ⁊ indicabit̄ calidū. ⁊ si fuerit plus frigidū: mouebit p frigiditatē ⁊ indicabitur frigidū. vn̄ stat idē a diuersis iudicari calidū ⁊ frigidu3 respectu sui. ⁊ vterq3 dn̄ indicat ſm dispositionē sui organi. Ut dicat̄ ꝙ vnus apprehēdit abstracte caliditatē: ⁊ alter frigiditatem. ¶ Et cū postea infertur ꝙ idē simul per viu3

iudicabif albū ꝛ nigrū. negaf ꝯña: qm̄ albedo ꝛ nigredo colorata colore medio simul agūt in visū cōfuse ꝛ indistincte. ita ꝙ simul ꝛ ſm̄ eiusdē sitū recipiūtur in organo spēs earū quarū vna impedit iudiciū alteri⁹ quare visus neutrū extremorū iudicat: sed iudicat mediū: si autē vnum extremū multo plus moueret ꝙ̄ aliud: iudicaret ſm̄ illud. ¶ Et cum vlterius arguif ꝙ oppositio cōtraria ꝓsupponit oppositionē ꝯtradictoriā: ergo si cōtraria essent simul in eodem: sequitur ꝙ ꝯtradictoria essent simul in eodē conceditur: nā sicut in eodē sunt simul albedo ꝛ nigredo: sic in eodem sūt simul albedo ꝛ nō albedo. Et cum postea infertur ꝙ idem esset simul album ꝛ nō album: negaf ꝯña. qm̄ non conceditur ꝙ idem sit album ꝛ nigrum: licet in eodē sint simul albedo ꝛ nigredo: vt pꝫ ex supius dictis.

¶ Quoniam autem motus nō est solum.

¶ Manifesta sūt q̄ dicūtur in isto capl'o: ideo relinquatur.

¶ Aut si est ꝙ violentia sit extra naturam tūc et corruptio erit corruptioni ꝯtraria. Textu cōmē. lvij. Questio. vij.

Dubitatur autē hic a cōmētatore. vtrū vniuersaliter quod modis dr̄ vnū oppositorū tot modis dicaf ꝛ aliud. ꝛ inducit cōmētator instantiaꝫ de sanitate ꝛ egritudine: qm̄ sanitas videf esse vna ꝛ egritudines sunt multe. Deinde soluit sub dubitatiōe dicēs ꝙ forte multe sūt spēs sanitatis opposite multis spēbus egritudīs: sꝫ q̄r earū noīa sūt imposita sicut spērū egritudīs: ideo latet. Burleus autē aliā dat responsioneꝫ: ꝛ dicit ꝙ sanitas est species specialissima cōsistens in idiuisibili siue in medio qd̄ respectu eiusdē subiecti nō diuersificaf spē cum sit adequatio humorū in medio cōsistēs: qd̄ est vno mō tantum. ¶ Egritudo autē cōsistit in latitudīe que recipit spērū diuersitatē: cum sit inadequatio humorū que recedit a medio: qd̄ pluribus modis contingit: quare egritudo sub se habet plures species. ꝛ ſm̄ hac nō oporteret ꝙ si vnū cōtrariorum dicif multipl'r siue de multis differētib⁹ spē ꝙ reliquū consimiliter dicatur.

Potest tamē teneri opinio quā innuit Cōmentator dicēdo ꝓ̄tes esse spēs sanitatis ꝙ̄uis nō sint tot quot sūt spēs egritudīs. ꝛ hoc pōt declarari p similem his que dicūtur de ꝟtute ꝛ vitio sup quibus Burleus se fundat. Nā virtus ꝛ vitiū opponūtur: et virtus habet spēs: sed nō habet tot quot habet vitiū: cuꝫ vni spēi ꝟtutis due vitij spēs opponātur inter q̄ media: sicut liberalitati opponūtur ꝓdigalitas ꝛ auaritia. hoc tamē nō obstāte quot modis dicif vitiū: tot modis dr̄ virtus illi opposita: qm̄ licet liberalitati tm̄ opponanf ꝓdigalitas et auaritia: alia tn̄ mō referf liberalitas ad ꝓdigalitatē: ꝛ alio modo ad auariciā. ꝛ sic tot modis dicif liberalitas sic auaricia ꝛ ꝓdigalitas. ꝛ sil'r de alijs spēbus ꝟtutis ꝛ vitij. Nā ꝓdigalitas cōsistit i dādo plus ꝙ̄ oꝫ ꝛ pl'ib⁹ ꝙ̄ oꝫ ꝛ pl'ies. Auaricia ꝟo i tenēdo plus ꝙ̄ oꝫ ꝛc̄. Sed liberalitas in dādo quibus oportet: ꝛ qñ: ꝛ qualiter ꝛc̄. ¶ Itē nō est veruꝫ ꝙ sanitas cōsistat in indiuisibili: qm̄ sicut aliqs est magis virtuosus ꝛ aliquis min⁹: sic vnus ē altero sanior. ¶ Iteꝫ nō videf verū ꝙ accedere ad sanitatem im̄ vno modo et recedere pl'ibus: qm̄ sanitas imaginaf media inter egritudines sicut centrū respectu circuli: ꝛ quot sūt vie a centro ad circūferētiā tot sūt e cōuerso: cū ſm̄ eedē. Qd̄ autē in ethicis describif ꝙ accedere ad mediū est vnimō ꝛc̄. p tanto dr̄: qm̄ difficilius ē accedere ad mediū qd̄ est vnū tātū ꝙ̄ ad extrema q̄ sunt multa. ¶ Intelligendū vlteri⁹ ꝙ duplex est cōtrarietas. s. terminorū ꝛ nature: nec ē incōueniēs ꝙ vni positiuo sint ꝓ̄a positiua cōtraria diuersimode ꝙ̄uis esset incōueniēs eodē mō. Unde motui ignis sursum cōtrariatur mot⁹ terre deorsū cōtrarietate terminorū et motus terre sursum cōtrarietate nature. ¶ Ex quo sequitur ꝙ aliqui mot⁹ sūt cōtrarij cōtrarietate terminorū tantū vt motus ignis sursum ꝛ terre deorsū: ꝛ aliq sūt contrarij ꝯtrarietate nature tm̄ vt mot⁹ ignis sursū ꝛ terre sursū. et qdam sūt cōtrarij vtroqꝫ mō vt motus ignis sursum et ignis deorsum.

Aduerte pro solutione tertie dubitatiōis ꝙ quies in actu in termino a q̄ ꝯtrariaf motui in termino ad quē actualr̄: tō nō sūt ꝓ̄it esse sil': q̄r cōtraria in actu se ꝓmittūt. Quies tn̄ in termino a q̄ in potētia que est ges sub ꝓte termini a q̄ vel alicui⁹ se habētis p modū ꝓtis bene pōt esse sil' cū motu: nec et cōtrariaf i actu sed solū in potētia. Ex q̄ infert Ari. ꝙ magis cōtrariatur motus motui ꝙ̄ quies: qm̄ motus cōtrarij nunꝙ̄ possunt esse simul in eodem adequate: q̄r tales semp sūt actu contrarij: ꝛ si essent simul in aliq̄ subiecto: tūc idē sil' moueretur motibus cōtrarijs qd̄ est ipossibile: sed ges ꝛ mot⁹ contrarij bene possunt esse simul: q̄r nō semp qd̄libet eoꝝ est in actu: nec semp sūt inuicē actu cōtraria. Dicit tn̄ Aristo. ꝙ idem mouef ꝛ gescit: eo mō q̄ in eo repif motus ꝛ ges: quia enī in eo repitur mot⁹ in actu: tō actu mouef: sed gescit solū in potētia: sicut in eo repit' ges in potētia: ex q̄ tamē seqtur ꝙ simpl'r gescat. ¶ Et p isto attendendū vlterius ꝙ sicut mobile dū mouef est parti in termino a quo et ꝓtim in termino ad quē: ita est ꝓne sub gete termini a q̄ ꝛ ꝓtim sub quiete termi ad quē: ita ꝙ ges termini a q̄ ꝓtibiliter corrūpif. ꝛ quies termini ad quē ꝓtibil'r generaf. ꝛ iste quietes sūt ꝯtrarie in potētia ꝛ nō in actu sicut sūt getes totales termini a q̄ ꝛ termini ad quē. Scias etiā ꝙ sicut i motu est duplex oppō. s. terminoꝝ ꝛ nature: sic in gete: vnde quieti naturali in termino a q̄ opponif ges naturalis in termino ad quē oppositiōe terminoꝝ: ꝛ ges violenta oppositione nature ꝛc̄.

¶ Explicit liber quintus. Incipit sextus.

¶ Si autē ē ꝯtinuum et qd̄ tangitur et cōsequēter sicut diffinitū est pri⁹: ꝯtinua quidem quoꝝ vltima vnū. Que vero tāguntur quoꝝ simul ꝯñter āt quoꝝ nihil ē mediū ꝓri generis ipossibile eē ex idiuisibilibus aliqd ꝯtinuū. Tex. cōmē. j. Qō. j.

q Queritur vtrū cōtinuū sit compositum ex indiuisibilibus? Arguif ꝙ sic. ¶ Primo in omni ordine essentialis dependētie est stat⁹ ad aliqd̄ ꝓmuꝫ simpl'r in ordine illo qd̄ nō ē dependēs ab aliq alio illius ordinis: sed totū cōtinuū dependet essentialr̄ a suis medietatibus ꝛ ille medietates ab alijs medietatibus. ꝛ sic vltra: ergo i tali resolutiōe necesse ē stare ad aliqd̄ ꝓmū simpl'r idependēs. s. ad aliquā ꝓtē q̄ nullo mō est totū: talis autē ꝓs necessario erit indiuisibilis: aliter non esset simpl'r prima. ergo ꝛc̄. maior patet. q̄r eo vtif Aris. 2. methaphy. vbi ꝓbat ꝙ in oī genere causarū est stat⁹. vnd̄ p dependentiā essentialē intelligo illā q̄ posteri⁹ sic depēdet a suo priori: qd̄ implicat ꝯdictiōnē posteri⁹ esse sine priori. ꝛ minor ꝓbatur: qm̄ cubitus tal'r dependet a duobus semicubitis: ꝙ implicat ꝯtradictionē esse cubitum ꝛ nō esse duos semicubitos. quare ꝛc̄. ¶ Scd̄o. Si cōtinuuꝫ cōponeref ex semp idiuisibilib⁹: tūc seqretur ꝙ in ꝯtinuo essent aliq̄ ꝓtes a deo icognite. ꝯñs falsū: q̄r de⁹ nihil ignorat: al'r esset impfect⁹. ꝓbaf ꝯña: q̄r oēs ꝓtes q̄s de⁹ cognoscit in ꝯtinuo: aut sunt diuisibiles: vel indiuisibiles. Si indiuisibiles habef ꝓpositū. Si diuisibiles: cū oē diuisibile sit diuisibile in aliqd aliud a se: tūc seqtur ꝙ vltra oēs ꝓtes quas deus cognoscit in cōtinuo sūt alie ꝓtes: sed ille ꝓtes que sūt alie ab oībus ꝓtibus que sūt a deo cognite nō sūt cognite a deo ꝛc̄. Tertio oīs potētia potēs cōponere continuū ex oībus ꝓtibus suis pōt ipsum in oēs suas ꝓtes resoluere: sed potētia diuīa potest cōponere continuū ex oībus ꝓtibus suis: ergo etiā pōt ipsū in oēs suas ꝓtes resol.

gere:maior pz:qr p easdez cās p q̄s vnūqdq̄z cōstituit:pōt
etiā destrui:nec minoris potētie actiue ē de⁹ in diuidēdo
cōtinuū q̄z in ip̄z cōponēdo.minor pbat:qr in cōtinuo aut
est aliqua ps siue vnio q̄ ē a deo:vel nō. Si q̄libet ps est a
deo vl vnio:habet ppositū. Si ergo aliq̄ est ps siue vnio
in ɔtinuo q̄ nō est a deo. Quero ergo vtrū illa possit esse a
deo:vel nō. Si dr̄ q nō cū illa sit ab alio agēte ex q̄ nō fuit
ab eterno:vt suppono:tūc seqtur q agēs aliud a deo po-
tuit aliqd pducere z vnire qd de⁹ nō potuit:qd ē īpossibi-
le. Si autē talis possit esse a deo:sequit̄ ꝑus q a deo pōt de-
strui z separi. Et tūc arguit̄ sic. De⁹ pōt cōtinuū ī oēs suas
ptes diuidere:ponat̄ g̃ q diuidat: z tūc qero vtrū ē diui-
sum in ptes diuisibiles:vel indiuisibiles. Si indiuisibiles
seqtur q fuit ex indiuisibilib⁹ cōpositū. Si diuisibiles se-
quit̄ q de⁹ nō diuisit in oēs ptes qd est ɔ̄ positū. Quar-
to. Ois magnitudo in infinitū excedēs aliā magnitudinē
est actu infinita:sz si cōtinuū cōponit̄ ex semp indiuisibili-
bus ip̄m in infinitū excedit aliā magnitudinē:g̃ est acto in-
finitū. ɔ̄ña patet cū maiori:qr cuiuslibet magnitudis fini-
te ad aliā magnitudinē finitā est solū finitus excessus: z mi-
nor arguit̄:qr si ɔtinuū cōponit̄ ex semp indiuisibilibus
tale aliquātulū excedit suā medietatē: z in duplo pl⁹ medie-
tatē illi⁹ medietatis. z sic in infinitū. q̄re ɛ. Quīto. Oē mē-
surabile p replicationē indiuisibiliū cōponit̄ ex indiuisi-
bilibus. sz cōtinuū ē h⁹ɔ̄:g̃ ɛ. pbat̄ minor qr dato q pūctus
moueat̄ sr̄ aliq̄ spacio erit ɔtinue durāte motu sr̄ aliq̄ spa-
tio sibi equali. qr oē qd mouet̄ cōtinue dū mouet̄ ꝑus per
transit eq̄ale sibi q̄z maius le. p Ari. 6. phy. g̃ seqtur q spa-
tiū illud mēsurabit̄ p replicationē indiuisibiliū ɛ. Se-
xto oē resolubile ī indiuisibilia cōponit̄ ex indiuisibilib⁹. sz
cōtinuū est resolubile in indiuisibilia. g̃ ɛ. pbat̄ minor p
ples casus positos sup̄a tractatu de infinito ad pbandoz
